



10 16





FRANCISCI  
PETRAR-  
CHAE V.C.

DE CONTEMPTV MVN  
DI, COLLOQVIORVM LIBER,  
quem Secretum s̄ i m̄ inscripsit; De  
VII. Psal. p̄nitent.



B E R N A E,  
Excudebat Ioannes le Preux, Illustris  
D D. Bern. Typographus,  
M. DC. III.

FRANCISCI

## ЯАЯТЭЧ

FRANCISCI PE-  
TRARCHÆ V. C.  
in Dialogos  
DE CONTEMPTV MVNDI  
PRAEFATIO.

A Tronito mihi quidem, & sed  
piissimè cogitanti, qualiter in  
hanc vitam invrassem, qua-  
litèr ve forem egressurus, con-  
tigit nuper, ut nō sicut agros  
animos solet somnus oppri-  
mere, sed anxium atque peruigilem, mulier  
quædam inenarrabilis claritatis & luminis,  
forma quæ non satis ab hominibus intellecta  
(incertū quibus viis adiisse videretur, virgi-  
nem tamen, & habitus nunciabat, & facies)  
me stupentem insuetæ lucis aspectu. & aduer-  
sus radios, quos oculorū suorum sol fundebat,  
non audirem oculos attollere, sic loquisure  
Noli trepidare, ne te species noua perturbe,  
errores tuos misera, de longinquò tempeſti-  
uum tibi auxilium latura descendit, satis su-  
perque satis, hactenus terram caliganibus o-  
culis aspexisti, quos si usque adeò mortalia ista  
permulcet, quid futuri speras si eos ad eterna

A. 13

FRAEFATIO.

Jubuleris? His ergo auditis, nec dum paucre der  
posito, Maroneum illud tremulo vix ore respödit:  
O quam te memorem virgo: namque  
haud tibi vultus

Mortalis, nec vox hominem sonat.

Illa ego sum, inquit, quam tu in Aphricana  
stra, curiosa quedam elegancia descripsisti, cui  
non segnus, quam Amphion ille Dyrceus, in  
extremo quidem occidentis, summoque Ath-  
kantis vertice, habitationem clarissimam ato-  
que pulcherrimam, mirabili artificio ac poëti-  
cis ut propriè dicam, manibus erexit. Age  
itaque iam securus ausculta, nœne illius pre-  
sentem faciem perhorrescas, quam pridem tibi  
satis familiariter cognitam, arguta circumno-  
tatione testatus es. Vix dum verba finierat;  
cum mihi cuncta versanti, nihil aliud occurre-  
bas, quam Veritatem ipsam fore que loquer-  
retur: illius enim me palatum Atlantieis  
angis descripsisse memineram, at quam ex  
Regione venisset ignorabam, nisi cœlitus tamen  
venire, nequiuuisse cervus eram: itaque videndi  
anidus respicio, & ecce lumen ethereum, facies  
humana non persulis, rursus igitur in terram  
oculos deiicio, quid illa cognoscens, breuis, spa-  
cii interueniente silentio, iterum & iterum in  
verba prorumpens, minuis interrogatiuncu-  
lis neque ut secum subita colloquerer coegerit.

Duplex

PRAEFATIO.

Duplex hinc mihi bonum prouenisse cognovis-  
nam & aliquantulum doctior factus sum, a-  
liquantque ex ipsa cōversatione securior, spe-  
clare coram posse capi vultum illum, qui nō  
mio primum me splendore perterrituerat, quem  
postquam sine trepidatione sustinui, dum mira  
dulcedine captus inherero, circunsciriensque an-  
quisquam secū afforet, an prouisu incomitata  
mea solitudinis abdita penetrasset, virtū iuxta  
grandēnum, ac multa maiestate venerandum  
video, non fuit necesse nomen percurari, Re-  
ligiosus aspectus, frons modesta, graues oculi,  
sobrius incessus, habitus sacer sed Romana fa-  
cūlia, glorioſissimi patris Augustini quoddam  
satis aperitum indicium preferebat. accedebas  
dulcior quidam, maiorque quam nescio quis  
hominis affectus, qui me sciscitari aliquid nota-  
fiebat. nec tamen ideo tacitus mansiſsem, iamque in  
interrogationis verba dictaueram, iamque in  
extremum oris limen vox egressura processer-  
at, cum subito ex ore verisatis, dulcisonum  
illud mihi nomen auditum est: ad eum siquidē  
conuersa, ac meditationem ipsius profundissi-  
mam interrumpens, sic ait: Chare mihi ex mil-  
libus Augustine, hunc sibi deuorum nosti, nec  
te latet, quam periculosa & longa agitudo  
zentur sit, qui eo propinquior mori est, quomo-  
do ager ipse à proprii morbi cognitione remo-

PRAEFATIO.

gior, itaque nūc vītē huius semianimis consu-  
lēndū est quod pietatis opus, melius quām tu  
nullus hominū p̄f̄stare potest. nā ē iste s̄per  
eui nominis amantissimus fuit: habet autē hoc  
omnis doctrina, ut multo facilius in auditoris  
animū, ab amato pr̄ceptore trāsfundatur, &  
nisi te presens forte fælicitas, miseriariū tuarū  
faciat immemorē, multū tu dum corporeo car-  
cere clauderabis, huic similia pertulisti. Quod  
cum ita sit, passionū expertarū curator optime,  
sametsi rēvū omniū iucundissima sit taciturna  
meditatio, silentiū tamen istud, ut sacra & mi-  
hi singulariter accepta voce discutias, oro ten-  
des, si qua ope languores tam graues emolli-  
re queas. Ad hēc ille: Tu mibi dux, tu consul-  
trix, tu mibi consulatrix, tu domina, tu magis-  
tria, quid igitur me loqui iubes te presentē?  
illa autem Aerem mortalis hominis, huma-  
na vox feriat, hanc iste feret aq̄uanimius. Aut  
damen quicquid ex te audier, ex me dictum pi-  
bet, presens adero. Parere inquit ille & lan-  
guentis amor cogit, & iubēris auctoritas. si-  
mul me benigne intuens paternōque refouens  
complexu, in secretiorem loci parsem, veritate  
prævia parumper abduxit, ibi tres pariter  
conscendimus. Tum demum illa, de singulis in  
silencio iudicante, submotis procul arbitris, ul-  
trō ceteroque sermo longior, atque in  
dīem

## PRAEFATIO.

Item tertium materia protrahente productus  
est, ubi multa licet aduersus saeculi nostri me-  
res, deque communibus mortalium piaculis  
diela sent, ut non tam mihi quam ioto humano  
generi fieri conuictum videtur, ea tamen,  
quibus ipse vocatus sum, memoria altius im-  
pressi. Hoc igitur tam familiare colloquium,  
ne forse dilaberetur, dum scriptis mandare in-  
stituo, mensuram libelli huius implui, non  
quem annumerari alii operibus meis velim,  
aut unde gloriam peram, maiora quedam mēs  
agitat, sed ut dulcedinem, quam semel ex col-  
locutione percepī, quotiens libuerit ex lessione  
percipiam; tūque idē libelle conuentus homi-  
num fugiens, mecum mansisse contentus eris,  
nominis proprii non immemor. Secretum enim  
meum es & dicerū, mihi que in altioribus oc-  
cupato ut vnu quodque in abdito dictum me-  
ministi, in abdito memorabis? ego enim, ne, us-  
ait Tullius, inquam & inquit sapius, interpo-  
nerentur atque ut corā res agi velut à pre-  
seniibus viderentur, collocuturus egregiis  
meāsque sententias non alio verborum ambi-  
zu, sed sola proprietatum nominum prescriptio-  
ne discreui, hunc nempe scribēdi morem à meo  
Cicerone didici, hunc ipse prius à Platone di-  
dicerat, ac ne longius vager, his ille me pri-  
um verbis aggressus est.

8  
FRANCISCI PETRARCHAE

V. C. DE CONTEMPTV MUNDI,  
Colloquiorum liber, quem Se-  
cretum suum in-  
scripsit.

Interlocutores.

D. AVGUSTINVS  
FRAN. PETRARCHA.

DIALOGVS I. AVG.



Videtis homuncio? quid  
somnia? quid expectas?  
an non te mortalem esse  
meministi? F. Memini  
equidem, nec vñquā sine  
horrore quodam cogita-  
tio illa subit animum. A. Utinam memi-  
nisses, vt dicis & tibi consuluisses: etenim  
& multum mihi negotij remisisse, cum  
sit profecto verissimum, ad cōtemnendas  
vitæ huius illecebras, componendique in-  
ter tot Mundi procellas animum, nihil  
efficacius reperiri, quā memoriam pro-  
prietate misericordiae, & meditationem mortis  
assiduum, modo non leuiter aut superfi-  
cietenus scrpat, sed in ossibus ipsis ac me-

dulcis

**CONT. MVNDI. Dial. I.** 5

dullis insidieat, at multum vereor, ne haec  
in re (quod in multis animaduerti) te ipsum  
decipias. F. Qualiter quæso? non enim  
clare intelligo quæ narras. A. Atqui om-  
nibus ex conditionibus vestris o mortales  
nullam magis admiror, nullam magis ex-  
horreo, quam quod miseriis vestris ex in-  
dustria fauetis, & impendens periculum  
dissimulatis agnoscere: considerationem  
que illam si ingeratur excludatis. F. Quo  
pacto? A. Putasne quempiam adeò deli-  
care, ut morbo ancipiari correptus, non  
summe cupiat sanitatem? F. Neminem  
tam dementem arbitror. A. Quid ergo? Pu-  
tasne quempiam fortè tam pigri remissi-  
que animi, ut non quod tota mente defi-  
derat, omni studio consecetur? F. Ne istud  
quidem. A. Sed hæc duo inter me tè que  
conuenient, tertium quoque conueniat  
necessæ est. F. Quod est tertium hoc? A.  
Ut sicut qui se miserum alta & fixa medi-  
tatione cognoverit, cupiat esse nō miser,  
& qui id optare cœperit, sectetur sic, ut  
quod sectatus fuerit, possit etiam adipisci.  
Enim uero tertium huiusmodi, sicut non  
nisi ex secundi, sic secundum, non nisi ex  
primi defectu impediri posse, compertum  
est. Itaque primum illud, cœu radix huma-

## 10 FR. PETRARCH. DE

næ salutis subsistat oportet, vos autem insensati, tūque adeò ingeniosus in perniciē propriā ē pectoribus vestris, salutiferam hanc radicem, omnibus terrenarum blan ditiarum laqueis (quod mirari me atque horrere dicebam) extirpare nitimini, iure igitur illius aulsiōne, & reliquo rū euer sione plectimini. F. Hæc quidem ut augu tor, longior est querela egēnsque verbo rum plurium: ea ergo si liber in tempus aliud dilata, dum certior ad sequētia proficiσcor, aliquantis per in p̄æcedentibus im morem ur. A. Tarditati tuae mos gerendus est: vbi cunque igitur visum fuerit p̄e dem fige. F. Consequentiā istā non video. A. Quid caliginis interuenit? quid venit dubitatis oboritur? F. Quoniā innume rabilia sunt quæ ardenter optamus studio seque perimus, ad quæ tamē nullus labor, nulla nos diligentia aut prouexit aut pro uehet. A. In rebus cæteris id verū esse non inficio, at in eo quod nunc agitur contrā est. F. Quam ob causam? A. Quia qui mi seriam suam cupit exuere, modò id verè plenēque cupiat, nequit à tali desiderio frustrari. F. Pape, quid ego audio, pauci admodum sunt, qui non multa sibi deesse præuideant, quod quam verum sit, quis quis

CONT. MVNDI. Dial. I. II.

quis ad seipsum cōuersus fuerit intelligit;  
atqui in eo sese miseris fateatur. conse-  
quens si quidem est, ut honorū cumulatis-  
simus acerius fœlices facit, & quicquid in-  
de decesserit, pro ea parte necesse efficiat  
infortices : hanc miseriæ sarcinam omnes  
quidē deponere voluisse, rarissimi autem  
potuisse, notissimum est. A. Quām multi  
enim sunt, quos vel corporis aduersa vale-  
rudo, vel charorum mors, vel carcer, vel  
exiliū, vel paupertas perpetuis premit an-  
goribus? aliaque huiusmodi generis, quæ  
sicut enumerare longū est, sic tolerare dif-  
ficile atque miserrimū, quæ quamvis sint  
Patientibus permolesta, tamen ut vides  
abieciisse nō licet. F. Dubitari igitur meo  
iudicio nō potest, quin multi quidem in-  
uiti, nolentésque sunt miseri. A. Longius  
retrò reuocandus es, & quod usus euenit,  
vagis tardioribusque inuentiunculis, sepi-  
us à primis elementis dicendorū series re-  
texenda est, prouectioris te quidem inge-  
nij arbitrabar, nec putabam adhuc, tam  
puerilibus admonitionibus indigere: &  
profectò si illas Philosophorum veras sa-  
luberrimásque sententias, quas mecum sæ-  
pe relegisti, memoriae commendasses, si  
& cum bona venia loqui sinas, tibinon a-

## 12 FR. PETRARCH. DE

lījs laborass̄, & lectionē tot voluminū, ad vitæ tuæ regulā, non ad ventosum vulgi plausum & inanem iactantia traduxisse tam insulsa & tam rudia ista non dices. F. Quid pares ignoro: iam nunc tamē frōtem meam rubor inuasit, experiorque quod paedagogis obiurgantibus pueris solēt. Ut enim illi antequām admissi criminis nomē audiant, multa se deliquisse memorantes, prima castigatoris voce cōfunduntur: sic ego ignoratiæ & errorū mihi conseius multorū, & si nondum intelligo, quorsum tua pergit oratio, quia tamen nihil mihi nō obiici posse præsentio, ante finē sermonis erubui: fare autem apertius quæso, quid hoc est, quod in me satis mordaciter arguisti? A. Multum, post hoc nūc vnum illud, illorum indignor, quod fieri quenquam vel esse miserum suspicaris inuitū. F. Erubescere desij, quid enim hoc vero verius excogitari potest? aut quis tam ignarus rerum humanarū, tamque ab omni mortalium commercio segregatus est, qui non intelligat egestatē, dolores, ignominiam, denique morbos ac mortem, aliaque huius generis, quæ pertinentur esse miserrima, inuitis accidere plerunque, volentibus autem nunquam

CONT. MVNDI. Dial. I. 3

ex quo uerum sit miseriam propriā, & nobis & odiſſe facillimum, depulisse non, ita quod prima nostri duo arbitrij, tertium hoc sit in potestate fortunæ. A. Erroris veniam v̄erecundia merebatur, Impudentiæ autē irascer grauius quam errori. Quomodo enim omnes illæ tibi philosophicæ sanctissimæq; voces exciderūt, nemine his, quæ pauloantè nominabas miserum fieri posse? Nam si sola virtus animum felicitat (quod & à Marco Tullio, & à multis s̄pē validissims rationibus demonstratū est) consequentissimum est, ut nihil quoque nisi virtutis oppositū, à felicitate dimoueat, quod quale sit, nisi prorsus obtorpuisti, me licet tacete recordaris F. Recordor equidem, ad Stoicorum præcepta me reuocas, populorū opinionibus aduersa, & veritati propinquiora quam v̄lui. A. O te omniū infelicem, si ad veritatis inquisitionē, per vulgi deliramenta contendis, aut cæcis ducibus ad lucem te pertuenturum esse confidis: calcatum publice callem fugias oportet, & altiora suspirans, paucissimorum signatum v̄stigiis iter arripias, vt Poëticum illud audire merearist.

*Malle noua virtute puer, sic itur ad astra.  
F. Utinam id mihi contingere posset ante*

41 FR. PETRARCH. DE

quam moriar, sed perge quæso, neque enim prorsus depuduit, & Stoicorum sententias, publicis erroribus præferendas esse non dubito: quid autem hic persuadere velis expecto? A. Et hoc inter nos conuenit, Nisi vitio miserum non esse nec fieri: iam quid verbis opus est? F. Quia multos mihi vidisse videor, inter quos & me ipsum, nihil molestius ferentes, quam quod vitiorum iugum non licet excutere, quamvis ad id per omnem vitam, summis viribus niterentur: quamobrem stante licet Stoicorum sententia, tolerari potest, multos invitos ac dolentes optantésque contrariū esse miserrimos. A. Aliquantū euagati sumus, sed iam sensim ad primordia nostra reuertimur, nisi forte vnde decesseramus oblitus es. F. Oblivisci cœperā, sed incipio recor dari. A. Id agere tecum institueram, ut ostenderem ad euadendum huius vitæ mortalitatis angustias, attollendōque se altius, Primum veluti gradum obtinere, meditationē mortis humanæque misericordiæ: secundum verò desiderium vchemēs studiūmque surgendi, quibus exactis, ad id quo nostra suspirat intentio, ascensum facilem pollicebar: nisi tibi forte nunc etiā contrarium videretur. F. Contrarium equidem

C O N T . M V N D I . Dial . I . 15

equidem videri, dicere non ausim, ea nāque de te ab adolescentia mea mecum creuit opinio, ut si quid aliter visum fuerit quam tibi, aberrasse me nouerim. A. Celsent oro blanditi æ: at quoniam, non tam iudicio quam reuerentia assensum dictis meis præbuisse te video, loquendi tibi, quicquid ex arbitrio tuo fuerit, libertas datur. F. Trepidus quidem adhuc, sed licentia tua vti velim, atque ut de reliquis hominibus sileam, testis est mihi, hic qui cunctis actibus meis semper interfuit testis, tu quoque, quoties ad cōditionis meæ misericordiam mortemque repserim, quantisque cum lachrymis sordes meas diluere visus sim, verum id quod sine lachrymis narrare nō possum, ut vides hactenus frustra fuit. Hoc igitur vnu est, quod me super ambigēda propositionis tuæ veritate sollicitar, quā conaris astruere: Neminem nisi sponte suam in miseriā corruiisse: Nemine miserum esse, nisi qui velit, cuius rei contrariū in me tristis experior. A. Vetus est hæc & nunquam sine habitura querimonia, atque licet idem ne quicquā scep̄e tenauerim, adhuc inculcare non desinam. Nec fieri miserum nec esse qui nolit: sed esse, ut dicere cooperam, in apis hominum

FR. PETRARCH. DE

peruersa quædā & pestilens libido , seipso fallendi , quo nihil potest esse funestius in vita si enim familiarū dolos iure pertimescitis , propterea quod & falleniū auctoritas remedium præripuerit cautelē , & aures vestras assidue vox eorum blanda circumsonat , quorum utrūque in aliis cessare videatur : quātō magis proprias fraudes formidare deberetis , vbi & amor & auctoritas & familiaritas ingens est , quod se quisquis plus aestimet , quam valet , plus diligit quam oportet , nunquā propterea deceperus à deceptore separetur . F. Sæpè his verbis hodie vsus es , at ego me ipsum nunquā , quodd meminerim , fecelli , ytinā nō me alij fecellissent . A. Nunc te maximē fallis , cū nunquam te ipsum fecellisse gloriaris , nec tamen tenuis tuæ indolis spes est mihi , quia si animum acriter attenderis , per te ipsum videas , neminem in miseriam , nisi sponte corrue : super hoc enim alteratio nostra fundata est . Dic enim oro te ( sed cogita prius quam respondeas , atque ad id animum indue , non contentionis sed veritatis audiū ) dic mihi quem hominum putas peccasse coactum ? cum velint sapientes peccatum esse voluntariam actionem , usque adeò ut si voluntas desit , desit

nat

CONT. MVNDI. Dial. I. 17

nat esse peccatum, Sine peccato autē nec  
mo sit miser, quod mihi iam superius cō-  
cessisti. F. Video me nup̄ paulatim de pro-  
posito excidere, & fateri cogor, quod ini-  
tisi miseric̄ meæ ex proprio processit arbitri-  
trio, hæc in me sentio, in aliisque coniicio  
modo tu mihi quoque verum fatearis. A.  
Quid me fateri postulas? F. Ut sicut versu-  
est, neminē nisi sponte corrue: sic illud-  
etiam verū sit: In nomine rab̄les sponte pro-  
lapsos, non sua tamen sp̄otē iacerē: quod  
de meipso fidenter affirmem, idque datum  
mihi arbitror in pœnam, ut quia stare dū  
possem nolui, assurgere nequeā dum ve-  
lim. A. Quāquam haud priorsus deliratis  
opinio ista sit, postquām te tamen in pris-  
mo errasse cognoscis, idē in secundo fate-  
aris oportebit. F. Cadere igitur & iace-  
re vnum atque idem esse definis? A. Im-  
mò verò diuersa, noluisse tamen & velle,  
& si in tempore differunt, in re tamen i-  
psa, inque animo nolentis vnum sint. F.  
Sentio quibus me nexibus inuoluis, nec  
tamen fortior luctator est, qui arte sibi  
victoriā quæsiuit, sed profectō versutior.  
A. Coram veritate loquimur, cui simili-  
citas omnis amica est, caliditas inimica  
quod ut clare videas, cum quantalibet

B. j.

FR. PETRARCH. DE

Deinceps simplicitate procedamus. F. Ni  
hil posse audire iucundius : dic ergo quo  
modo de me ipso mentio fuerat, quanam  
ratione mihi monstraueris, hoc quod miser  
sum, id enim me esse inferior, nunc etiam  
meę voluntatis existere ut fugiam, cū ego  
contrā sentiam, nil me perpeti molestius,  
nil magis aduersū proprię voluntati, sed  
ultrā non valeo. A. Modo conuenta ser  
uentur, ostendam alij tibi verbis vtendū  
sore. F. Quenam conuenta memoras, qui  
busve admones vtēdū verbis? A. Conuēta  
sunt ut fallaciarum laqueis reiectis, circa  
veritatis studium, pura cum simplicitate  
versemur: verba verò, quibus te vti velim  
hæc sunt, ut vbi te nō posse dixisti, ultrā te  
nolle fatearis. F. Nunquam erit finis,  
nunquam enim hoc fatebor, scio quidem  
& tu testis es mihi, quotiens volui non po  
zui, quot lachrymas fudi nec profuerunt  
A. Lachrymarum tibi testis sum multa  
zum, voluntatis verò minime. F. Per  
superum fidem(hominem scire neminem  
puto) quid ego passus sim, quantumque  
voluerim si licuisset assurgere. A. Sile,  
prius cœlum tellusque miscerbitur, prius  
astra concident à neruo, & amica nunc in  
vicem elementa pugnabunt, quam hæc  
quæ

CONT. MUNDI. Dial. I. 19

quæ inter nos dijudicat veritas falli queat. F. Quid ais igitur? A. Lachrymas tibi sèpè conscientiæ extorsisse, sed propositum nō mutasse. Quoties dixi me vltérius nequiuissse. A. Quotiesque respondi, immò verius voluissse, nec tamen admiror te, in his nunc ambagibus obuolutum, in quibus olim ego ipse iactatus, dū nouam vitæ viam carpere meditarer, capillum vulsi, frontem percussi, digitosque cōtorsi, denique cōploris genua manibus amplexus, amarissimis suspiriis cœlū aurāsque compleui, largisque gemitibus solum omne madefeci, & tamen hæc inter iudicem ille qui fuerā, mansi, donec alta tandem meditatio, omnem misericordiam meam ante oculos congescit. Itaque postquam plenè volui, illicè & potui, miraque & felicissima celeritate transformatus sum in alterum Augustinū cuius: historię seriē, ni fallor ex confessionibus meis nosti. F. Novi equidem illiusque fucus salutiferæ, cuius hoc sub umbra contigit miraculum, immemor esse non possum. A. Rectè quidem, nec enim myrtus vlla nec hedera, denique nec dilecta, ut aiunt, phœbœ laurea, quamuis ad hanc Poëtarum chorus omnis afficitur, tūque antè alios, qui

B. ij.



20 FR. PETRARCH. DE

solus ætatis tuæ contextam eius frondibus coronam gestare meruisti, gravior debet esse animo tuo, tandem aliquando in portum ex tam multis tempestatibus revertenti, quam sicut illius recordatio, per quam tibi correctio & veniae & spes certæ præteditur. F. Nil aduersor, sed incep- tum perage. A. Hoc incepseram, ad hoc prosequor, contigisse tibi haec tenus quod multis, quibus dici potest versus Vergili:

*Mens immota manet, lachrymae volvuntur  
inane.*

Verum ego & si multa congerere poteram, unico tamē eoque domestico exemplo contentus fui. F. Consulte. nequó enim aut pluribus res egebat, aut aliud quodlibet in pectus hoc profundius descendisset, eō præsertim quia( licet pro maximis interuallis) quanto inter naufragium & portus ruta tenente, tanta interque felicem & miserū esse solent discrimina, aliquale tamen inter procellas meas, fluctuationis tuæ vestigium recognosco, ex quo sit, ut quoties Confessio- num tuarum libros lego, inter duos contrarios affectus, spem videlicet & metum (licet non sine lachrymis interdum) te- gere me arbitror, non alienam ,sed pro- priæ

CONT. MVNDI. Dial. I. 27

priꝝ meꝝ peregrinationis historiam, de-  
iaceps autem, quoniam omne studiū con-  
tentioſis abieci, vt libuerit perge: ſequi  
enim, non obſtare disposui. A. Haud  
hoc poſtulo: ſicut enim ut doctiſſimus  
quidam ait: Niſium altercando veritas  
amittitur, ſic ad verum multos ſapē per-  
ducit modesta contentio: neque igitur,  
(quomodo pigri & torpētis ingeñij mo-  
ſt) paſſim omnibus acquieuiſſe conue-  
nit, nec rursus aperte veritati ſtuđiosius  
obluſtari, quod clarum litigioſa mentis  
indictum eſt. F. Intelligo & laudo &  
conſilio utar, perge modō. A. Recog-  
noſcis ne igitur veram illam fuſſe ſen-  
tentiam, graduūmque progreſſum, vi mi-  
ſeriarum ſuorum perfecta cognitio, per-  
fectum deſiderium pariat aſſurgendi, ſu-  
mum deſiderium potentia obſequatur. F. Iam  
animum induxi, nihiſ tibi non credere. A.  
Senſio aliquid etiā nunc reſtare quod ve-  
lis, licet, fare age, quicquid id eſt. F. Nihiſ  
aliud niſi quod ipſe mecum obſtupo eo volu-  
iſſe haſtenus, quod vnu ſemper noluifſe  
crederā. A. Adhuc haſtas, atque ut hiſ  
iā tandem ſermonibus finis ſit, fateor & ip-  
ſe te voluifſe nonnūquam. F. Quid ergo  
dixisti? A. An nō ſuccurrat illud Ouidij:

B. iii.

22 FR. PETRARCH. DE

Velle parū incipiat, ut re potiari oportet.  
F. Intelligo, sed & desiderasse putabam. A.  
Fallebaris. F. Credo. A. Ut certus credas  
conscientiam ipse tuam consule, illa optimā  
virtutis interpres, illa infallibilis &  
verax est, operum cogitationūque pen-  
satrix, illa tibi dicet, nunquam te ad salu-  
tem, qua decuit aspirasse, sed tepidius re-  
missiūsque quam periculorum tantorū  
consideratio requirebat. F. Ceepi quam  
iubes conscientiam excutere. A. Quid il-  
lic inuenis? F. Vera esse quae dicis. A. Pro-  
ficeimus aliquantulū si incipis expurgisci,  
iam melius tibi erit si quam male olim e-  
rat agnoueris. F. Si hoc vel nosse satis est,  
non tantū benē, sed optimè mihi prope-  
diem esse posse confido: nihil enim un-  
quam clarius intellexi, quam nunquam  
me satis ardenter optasse libertatē &  
miseriarum finem, nunquā autem post hoc  
optasse sufficiat. A. Quid enim? F. Ut nihil  
amplius agam. A. Impossibilem proponis  
conditionem, ut qui quod cupit ardenter  
cupiat, & obdormiat. F. Quid igitur ipsū  
optare profuit? A. Nempe per medias dif-  
ficultates iter pandet, ad hoc ipsum per se  
virtutis desiderium, pars est magna virtu-  
tis. F. Magen mihi spei materia præbuisti.

22

CONT. MUNDI. Dial. I. 23

A. Idcirco te alloquor, ut sperare doceam &  
timere. F. Timere quoniam modo; A. Im-  
modo verò qualiter sperare? F. Quia cum  
haec tenus non mediocre studiū gesserim,  
ne pessimus forem, tu mihi viā aperis, qua  
optimus fiam. A. At quam id iter laborio  
sum sit, fortasse non cogitas. F. Quid no-  
ui terroris ingeminas? A. Quia hoc ipsum  
optare, verbum unum est, secundum quod  
innumerabilibus cōsistit ex rebus. F. Ter-  
rificas. A. Atqui ut ea silcam desiderium  
istud constat, quā multa sunt ex quorū  
euerione conficitur. F. Quid dicere velis  
non intelligo. A. Nulli potest desiderium  
hoc absolute cōtingere, nisi qui aliis om-  
nibus desideriis finem fecit: iam intelligis  
quam multa & varia sunt, quae optantur  
in vita, quae prius tibi vilipendenda sunt,  
ut sic ad concupiscentiam summę fœlici-  
tatis ascendas, quam profecto minus a-  
mat, qui secum aliquid amat, quod non  
propter ipsum amat. F. Agnosco senten-  
tiam. A. Quotus ergo fuerit, qui omnes  
cupiditates extinxerit, ne dicā extingue-  
re, sed vel enumerare longū sit, qui animo  
suo frænum rationis admouerit, qui dice-  
re audeat, nihil mihi iam commune cum  
corpore, quæ videntur iucunda cuncta sœ-

B. 1111

24 F R. PETRARCH. DE  
descunt, ad fœliciora suspiro? F. Rarissimum  
genus hominum & nunc difficultatem quā  
comminaberis intelligo. A. His nempē  
cessantibus, desiderium illud plenū expe-  
ditū mque erit: necesse est enim, ut quan-  
tum animus ad cœlum propria nobilita-  
te subeatur, tantum mole corporea &  
terrenis pregraueretur illecebris, ita dum  
ascendere, & imis permanere cupitis, neu-  
trum impletis in alterna distracti. F. Quid  
igitur censes esse faciendum, ut integer  
animus discussis terre cōpedibus tolla-  
tur ad superna? A. Ad hunc terminū pro-  
fecti meditatio illa producit, quam primo  
loco nominauerā, cum mortalitatis no-  
stre recordatione continua. F. Nisi & hic  
fallor, nullus hominum cerebrius in has  
reuolutur curas. A. Noualis laborque  
alius. F. Quid? ego ne etiam hic mentionor?  
A. Urbanius loqui velim. F. Hanc tamen  
sententiam. A. Certè non aliam. F. Ergo  
ego de morte non cogito? A. Perraro qui-  
dem, idque tam segniter, ut in calamiti-  
tatis tua fundum, cogitatio ipsa non pe-  
netret. F. Contrà crediderā. A. Non quæ  
credideras, sed quid credere debueras at-  
tende. F. Nunquam post hoc me creditu-  
rum scito, si & hoc falso credidisse mon-  
strauebis

CONT. MVNDI. Dial I. 25

straueris. A. Monstrarō per facilē modo bona fide verum confiteri in animū inducas, utrū in hac re teste etiam non longinquο. F. Quo nam quæso? A. Conscientia tua. F. Illa contrariū dicit. A. Vbi confusa præit interrogatio, certum respondentis testimoniuū esse vix potest. F. Quid ad rem. A. Multum sanè, quod ut claram peruidas aduerte: nemo tam demens est (nisi sit idem prorsus insanus) cui non interdum conditio propriæ fragilitatis occurrat, qui non si interrogetur, respondeat se esse mortalem, & caducum habitare corpusculum, id enim, & membrorū dolor & febrium tentamenta testantur, à quibus prorsus immunem vitam degere, quæ nam Dei vñquam indulgentia præstabit? adde quod & ex funeribus amicorum, quæ assiduè præter oculos vestros eunt, spectantium animis terror incutitur, quia dum æquævum quisque comittatur ad sepulchrum, necesse est, ipse etiā ad alieni casus præcipitium contremiscat, & de se incipiat esse sollicitus. sicut vbi flagrantia vicinorum testa conspexeris, de tuis securus esse non potes, quoniam vt ait Flaccus:

Ad se post pauci ventura pericula cernis.

26 FR. PETRARCH. DE

Eò autem vehementius mouebitur qui iuniorem, qui validiorem formosiorēque videat, repentina morte subtraetū, sese ante circumspiciet & dicet: securius hic habitare videbatur & tamen eiectus est, nec etas profuit, nec forma, nec robur mihi securitatem quis spopondit Deusve, magisve, mortalis sum profecto: quod si hoc Idē Imperatoribus Regib[us]que terrarum, si egregiis formidatisque personis euenerit, multò etiam acris concutientur astantes, quoniam qui alios sternere solitum norant, subito inde aut paucarū fortassis horarum anxietate, prostrantur, vnde enim nisi ex hoc fonte procedunt. Illa quæ in mortibus summorum hominum stupētes faciunt populi, qualia multa (vt te tantisper ad historias reuocem) in funere Iulij Cæsaris meministi? hoc est Illud commune spectaculum, quod mortalium oculos & corda perstringit, fatique sui memoriam ingerit aliena cernenibus: accedit belluarū furor atque hominum, rabiēisque bellorum: accedunt & magnarum ædium ruinæ, quas bene quidam ait, tutelam hominum fuisse, nunc esse periculum: accedunt sinistro sydere motus aërei, & cœli pestilentis afflatus, & sot terræ marisque discrimina, quibus un-

dique circumsepti, non potestis oculos auertere, vbi nō eis occurrat propriè mortalitatis effigies. F. Indulge quæso, amplius expectare non possum, nihil enim ad confirmandum rationem meam dici reor efficacius, quām tu multa dixisti, ego ipse inter audiendum mirabar, quid tua vellet oratio aut vbi desineret? A. Nōdum quippè desierat, tu eam præcidisti, hæc enim conclusio restabat: quāquam multa volitantia circumstant, nil tamen ad interiora penetrare durius, lōga cōsuetudine pectoribus miserorū veruſtōque velut cal le salutiferis admonitionibus resistente, paucos inuenies satis profundè cogitātes, sibi esse necessariò moriendum. F. Paucis ergo Definitio nota est, quę tamen omnibus in Scholis tam crebrō repetitur, ut ne- dūm auditorum aures fatigasse, sed ipsas ædificiorū columnas iam pridē minuisse debuerit, ita quidem Dialecticorum garrulitas, nullum finem habitura, & definitiōnum huiuscemodi compendiis scater, & immortalium litigiorū materia, plerunque autem, quid ipsum verum sit, quod loquuntur ignorant. Itaque si quem ex eō grege de definitione non tantū hominis, sed rei alterius interroges, parata respōsi-

28 FR. PETRARCH DE

est. si vltra progrediare, silentii fieri, aut  
si assiduitas differendi verborum copiam au-  
daciāmque peperit, mores tamen loquen-  
tis ostenderet, veram sibi rei definitiā noti-  
tiā non adesse, contrā hoc tām fastidio-  
se negligens, tānque superuacuo curio-  
sum genus hominum iuuari inuchi, quid  
semper frustra laboratis, ha miseri, & ina-  
nibus tēdiculis exercetis ingenium, quid  
obliti rerum, inter verba senescitis, atque  
inter pueriles ineptias albicātibus comis  
& rugosa fronte versamini? vobis vtinam  
solis vestra noceret insanja, & non nobi-  
lissima lēpē adolescentium ingenia cor-  
rupisset. A. Contra id fateor studiorum  
monstrum, nihil satis mordaciter dici po-  
test, vt tamen interea dicendi studio eue-  
ctus, quod de Definitione hominis] ince-  
peras omisisti. F. Abundē dictum rebar,  
sed agam expressius hominem quidē esse  
animal, immō verò animalium principem  
eūctorum, nemo tām durus pastor iuuēni-  
tur, vt nesciat, nemo rursum puer si inter-  
rogetur, aut rationale animal, aut mor-  
tale negauerit. itaque omnibus Definitio-  
nota est. A. Immō verò perpaucis. F. Quid  
ergo? si quem videris adeò ratione pollen-  
tem, vt secundum cam vitam suam insti-  
tueris

CONT. MUNDI. Dial. I. 19

tuerit, ut sibi soli subiecerit appetitus, ut  
illius fræno motus animi coercent, ut in-  
telligat sese per illam tantum à brutorum  
animantium feritate distingui, nec nisi  
quatenus ratione dedit, nomen hoc ipsum  
hominis mereri. A. Adeò primum mor-  
talitatis suæ cōscium, ut eam quotidie an-  
te oculos habeat, per cā seipsum tempe-  
ret, & hæc peritura despiciens ad illam vi-  
tam suspiret, ybi ratione superauctus de-  
finet esse mortalis, hanc tandem veram de-  
finitionem hominis atque utilem senten-  
tiam habere dicito: huius vltimi, quoniam  
de eo nobis sermo erat, dicebam paucos  
cognitionem aut meditationem idoneam  
fortitos. F. Ego me haec tenus ex paucis re-  
bar. A. Et ego quidem non ambigo, tibi  
tam multa per omnem vitam experientia  
magistra, tam multa ex librorum lectione  
repetenti, crebras cogitationes mortis oc-  
currere, sed quæ nec latis altè descendant  
nec satis tenaciter hærent. F. Quid vocas  
altè descendere? & si ipsem et intelligere mi-  
hi videar, cupio ex te clarius audire. A.  
Dicam, quamuis iam vulgo persuasum  
sit, atque etiam è medio grecè Philoso-  
phoru[m] clarissimi testes acceperunt, mor-  
tem inter tremenda principium possidere.

## 30 FR. PETRARCH. DE

usque adeo iam pridem nomen ipsum  
mortis, auditu, tenui atque asperum vi-  
deatur. ne tamē vel similia hæc summis  
auribus excepta, vel rei ipsius recordatio  
compediosa sufficiat, immō raro diutius  
oportet atque acerrima meditatione sin-  
gula morientium membra percurrere, &  
extremis quidem iam algentibus media  
terri, & in summo opportuno sudore  
defluere, illa pulsari, vitalem spiritū mor-  
cis vicinitate lentescere, ad hæc defoscos  
matantēsque oculos, obtuitum lachrymo-  
sum, contractam fontem liuentēmque,  
labentes genas, lucidos dentes, rugentes-  
que atque acutos nares, spumantia labia,  
torpentem squamosāmque linguam, ari-  
dum palatum, fatigatum caput, anhelum  
pectus, raucum murmur, & mœsta suspi-  
ria, odorem totius corporis molestū præ-  
cipueque alienati vultus horrorem, quæ  
omnia facilius ac velut in promptu & ad  
manum collocata succurrent, si cui fami-  
liariter obseruari cœperit memorandum  
aliquid conspectæ mortis exemplū. Te-  
nacior enimesse solet visorum quam au-  
ditorū recordatio, quam ob causam, non  
sine alto Confilio, in quibusdam religio-  
nibus atque sanctissimis, usque etiam ad  
hanc

CONT. MVNDI. Dial. I. 31

hanc ætatem quæ bonis moribus inimica  
est, illa cōsuetudo perdurat, quod ad cer-  
nenda corpora defunctorum, dum lauan-  
tur præparanturque sepultura, eiusdem  
rigidi propositi profectores intersint, vt  
scilicet triste miseradumque spectaculum  
oculis subiectum, & memoriam semper  
admoneat, & animos superstitionem ab om-  
ni spe mundi fugatis exterreat, hoc est i-  
gitur, quod satis altè descendere dicebam  
nondum fortè consuetudinis causa mor-  
tem nominatis, dum nil morte certius, nil  
hora mortis incertius, cæteraq; huius ge-  
neris vñ quotidiani sermonis iteratis, præ-  
teruolant enim illa, non insident. F. Al-  
leator eò facilius, quia multa quæ mecum  
ratus agere soleo, nunc te loquente re-  
cognosco: signum tamen aliquod memo-  
riæ meæ si videtur imprime quo admoni-  
tus post hoc, de me ipse mihi nō mentiar,  
mec erroribus meis interblandiar: id enim  
est ut video, quod mentes hominum calle  
virtutis auertit, dum metāapprehendisse  
rate, vñterius non aspirant. A. Libens hæc  
audio ex te, neq; enim ociosi& à casu pen-  
denti, sed multa circunspectientis animi  
verba sunt: signum igitur quo nunquam  
fallaris accipe, si quoties de morte cogita-

## 32 FR. PETRARCH. DE

bis, loco non moueberis, scito te velut de  
rebus cæteris inutiliter cogitasse: at si in  
ipso cogitatu obrigueris, contremueris,  
expallueris, tibi que iam huic laborare vi-  
sus fueris; medias inter mortis angustias;  
si cum hoc & illud occurrat, anima illicies,  
vt ex his membris exierit, sistenda in æter-  
no iudicio, totius vitæ præteritæ, aeternæ  
que & verborum rationem exactissimam sum-  
mam esse reddendam, nullam denique in  
forma corporis, aut in Mundi gloria, nul-  
lam ingenio eloquétiam, nullam in opis  
bus aut potentia spē habendam, nec cor-  
rumpi posse nec falli iudicem, nec placas-  
ri mortem ipsam, laborum non finem es-  
se sed transiū: hæc inter mille suppli-  
ciorum, mille tortorum genera, & stridor  
& gemitus auerni, & sulphurei amnes, &  
tenebrae, & vltices furiae, postremò aduer-  
sa simul oīci pallentis immanitas, qua vo-  
his omnibus præponderant malis, infœ-  
lix sine fine perpetuas, terminandæque  
calamitatis desperatio, & in æternū man-  
sura, non iam amplius miserantis ira Dei:  
si hæc omnia simul ante oculos venerint,  
non vt ficta, sed vt vera, non vt possibilia,  
sed vt necessaria, inevitabiliterque ven-  
tura & genè iam præsentia, inque his eu-

fig

CONT. MVNDI. Dial. I. 33

ris non præteriens nec desperans, sed sp̄i  
plenus; quod Dei dextera potens prom-  
ptāq; sit ex tantis malis eruere, tu modō te  
curabilem præbeas, surgendique audius,  
& propositi tenax, assiduus versaberis, non  
frustrā te meditatum esse confide. F. Gra-  
uiter me fateor tantis ante oculis coacer-  
uatis miseriis terruisti, sed si mihi Deus  
venia largus sit, vt ego per dies singulos  
in has cogitationes immergar, præcipue-  
que noctibus, cum diurnis curis relaxatus  
animus, se in ipsum recolligit, cum corpus  
hoc in morem morientium compono;  
ipsam quoque mortis horam, & quicquid  
circa eam mens horrendum reperit, intend-  
tissimē mihi ipse configo, vsque adē, vt  
in agone moriendi positus mihi videar,  
interdū Tartara, & que narras omnia ma-  
la conspicere, eaque tam grauiter visione  
conturber, vt exterritus tremensque con-  
furgam, & s̄apē vsq; horrorem astantium,  
hæc in verba prorumpam. Heu quid ago?  
quid patior? cui me exitio fortuna refer-  
uat miseriae? Iesu fer opem:

eripe me inuictu his malis.

Da dextram misero, & tecum me tolle pey  
vndas,

Sedibus ut saltē placidis in morte quiescā.

C. j.

Multa præter hæc alia , Phrenetici in mo-  
rem, quocunq; vagum animum pauētem-  
que tulit impetus, mecum loquor, multū  
quoque cum amicis quibus illachrymans,  
spse nonnunquam cæteros in lachrymas  
cogam, licet vtique post lachrymas reuer-  
ear ad solita : quæ cum ita erunt, quid er-  
go me retinet ? quid latentis obstaculi est,  
vt nunc vsq; nil ista mihi cogitatio præter  
molestias terroresque pariat ? ego autem  
idem sim, adhuc qui fueram prius, quodq;  
hi sunt, quibus fortè nunquam tale ali-  
quod contigit in vita, eoqué miserior, quo  
illi ( quisquis sit futurus exitus ) præsentib-  
bus saltem voluptatibus delectantur, mihi  
verò & finis incertus sit, & nulla volup-  
tas, nisi talibus amaritudinibus respersa  
proueniat. A. Noli precor, vbi gauden-  
dum est dolere: peccator enim quod maio-  
zem voluptatem & titillationem percipit  
ex sceleribus suis, èd miserior calamito-  
siorque iudicandus est. F. Forte ideò, quia  
nunquam ad virtutis semitam reflextitur,  
quem usquam interrupta voluptas sui  
raptat immemorem. Qui verò inter carnis  
alcebras & blandimenta fortunæ durum  
aliquid experitus, roties conditionis suæ  
meminit, quoties illum delectatio præcep-  
ps & ins-

CONT. MVNDI. Dial. I. 35

& inconsulta destituit: quod si vñus esset  
amborum finis, non intelligo cur non fœ-  
licior dici possit, qui nunc gaudet dolitu-  
rus in posterū, quam qui nec sentit, in præ-  
sens gaudiū, nec expectat, nisi te forte mo-  
ueat, quod in fine risus sit luctus acerbior.  
A. Illud magis, quoniam frēgo rationis ab-  
iecto (quod quidem prorsus in illa supre-  
ma voluptate deserit) grauior casus est,  
quam eodem vel tenuiter retento, ex parā  
præcipitio corruentis, ante omnia tamen  
illud ad se prius dictum attendo, quod de  
alterius sperandū & utrumq[ue] in quaeran-  
tione desperādum est. F. Istud quid in aliis  
esse cōsidero, sed vt interim, Nunquid non  
primæ quæstionis oblitus? A. Cuius? F.  
Quid est quod me retinet? Hic enim quæ-  
sueram, cur mihi vni cogitatio mortis in-  
tensa non profuit, quam miris modis fru-  
ctuosam dicis? A. Primū quippe, quia de  
longinquo forsitan illa consideras, quæ ta-  
men propter breuissimæ vitæ cursum, tum  
propter incertos & varios casus, longinqua  
esse non possunt. Omnes enim ferme in  
hoc fallimur, vt ait Cicero, quod mortem  
prospiciimus, quem textū correctores qui-  
dam, at verius corruptores, immutare vo-  
luerunt, negationem verbo p[ro]ponētes, &c.

C. ij.

## 36 F R. PETRARCH. DE

mortem non prospicimus, dicendum esse  
firmantes Cæterum qui mortem omnino  
non aspiciat, sani capitis nullus inuenitur,  
re autem vera prospicere procul aspicere  
est, quod vnum super cogitanda morte,  
multos illusit, dum illam viuendi metam  
sibi quisque proposuit, ad quam si perue-  
nire possit, per naturam, tamen paucissimi  
peruererunt. Ferè enim nullus moritur,  
cui non conueniat Poëticum illud:

*Caniciemque sibi, & lōgos promiserat annos.  
Hoc nocero tibi potuit: nam & ætas, & cō-  
plexione viuēt, & modicioris obier-  
ta, hanc tibi spem fortasse præbuerūt.  
F. Noli quæsto de me talia suspicari, auer-  
sat Deus hanc insaniam.*

*me ne huic confidere monstro:  
Quod apud Virgilium famosissimus ille  
magister maris ait. Et ego in mari magno  
sæuōq; ac turbido iactatus, tremulā cym-  
bam fatiscentemq; & rimosam, ventis ob-  
luctantibus, per tumidos flatus ago, hanc  
diu durare non posse, certè scio, nullam  
spem salutis superesse mihi video, nisi mi-  
serator omnipotens præbeat, ut gubernati-  
culum summa vi flectens antequam per-  
eam, littus apprehendam, qui in pelago  
vixerim, moritus in portu. Huic opini-  
oni*

CONT. MVNDI. Dial I. 37

oni debo quod opum magnæque potentiæ desiderio, quo multos non modo coætaneos meos, sed longèuos homines, & cōmunem viuendi modum supergressos, exæstuare vidimus, nunquam arsisse me recolo. Quis enim furor est, omnem ætatem in laboribus, & in paupertate traducere, vt inter tot curas coaceruandis diuitiis statim moriar? Sic itaque de his formidolosiss rebus cogito, non ut longè distantiis bus, sed mox affuturis iamque præsentibus. Nec dum de memoria mea excessit versiculus quidam, quæ adhuc admodum iuuenis, inter multa quæ ad amicum scripsi, hæc in fine subiungens:

Loquimur dum talia, forsan,  
Innumeris properata viis, in limine mors est.  
Quid si tunc dicere potui, quid modo dicam & experimento rerum, & ætate provector? quicquid video, quicquid audio, quicquid sentio, quicquid cogito, ad hoc vnum refero, quod si in hac cogitatione non fallor, adhæc quæstio illa supereft, quid ergo me retinet? A. Humiles Déo gratias age, qui te tam salubribus habenis frenare, stimulisque tam pungentibus sollicitare dignatur: vix enim possibile fuit, ut quem cogitatio mortis habet, tam que-

C. iii.

## 38 FR. PETRARCH. DE

etidiana tam præsens, hunc mors eterna cōtingat, sed quoniā deesse aliquid tibi sentis, nec immeritò, quid illud sit aperire tētabo, ut eo ( si Deus fauerit ) amoto, in cogitationes tuas totus affligerēs, quo adhuc premeris, vetustū seruitutis iugum possis excutere. F. Utinam id tibi cōtingat efficerē, & ego tanti muneris capax ioueniar. A. Iouenire si voles, neq; enim res impossibilis est, sed in actibus humanis duo verantur, quorum si deest alterum, præpedire constat effectum, voluntas igitur præstò sit, eaque tam v̄ehemens, ut meritò desiderij vocabulum sortiatur. F. Ita fiet. A. Scis quid cogitationi tui officiat? F. Hoc est quod peto, hoc est quod tanto tempore desidero. A. Audi ergo, animam quidem tuam sic cœlitus bene institutam esse, non negauerim, sic ex contagione corporis huius, vbi circunsepta est, multum à primaria nobilitate sua degenerasse non dubites, nec degenerasse duntaxat, sed longo iam tractu temporis obtorpuisse, factam velut propria originis ac superni conditoris immemorem. Nempe passiones & ex corpore a commixtione subortas, obliuionemque naturæ nobilioris diuinitus videatur attigisse Virgilius, vbi ait:

Ingenia

CONT. MVNDI. Dial. I. 39

Ingens est ollis vigor & cælestis origo,  
Seminibus: quantū nō noxia corpora tardat.  
Terrenique hebetant artus, moribundaque  
membra,  
Hinc metunt cupiuntque dolent gaudentque,  
que, nec auras,

Refficiunt clause tenebris & carcere cæco.  
Discernis ne in verbis Poëticis quadriceps  
illud monstrum naturæ hominum tam ad  
uersum? F. Discerno clarissimè, quadripar-  
titam animi passionem, quæ primum qui-  
dem ex præsentis futurique temporis re-  
spectu, in duas scinditur partes, rursus quæ  
libet in duas alias, ex boni malique opini-  
one subdistinguitur, ita quatuor velut flas-  
tibus aduersis humanarum mentium trā-  
quillitas perit. A. Ritè discernis, atq; ve-  
rificatum est in nobis illud Apostolicum:  
Corpus quod corrumpitur, agrauat ani-  
mam, & deprimit terrena inhabitatio sen-  
sum, multa cogitantem. Conglobantur si-  
quidem species innuveræ & imagines re-  
rum visibilium, quæ corporeis introgressæ  
sensibus, postquam singulariter admissæ  
sunt, cateruatum in animæ penetrabilibus  
densantur, eamque nec ad ingenitam, nec  
tam multorum dissimili capacem præ-  
grauant, atque confundunt, hinc pestis il-

C. iiiij.

## 40 FR. PETRARCH. DE

Ia phantasmatum vestros discerpens lace-  
transque cogitatus, meditationibus clari-  
ficis, quibus ad unum solum summumque  
limen ascenditur, iter obstruens varietate  
mortifera. F. Huius quidem pestis saepe  
aliás, cum in libro de Vera Religione (cui  
nihil constat esse repugnantius) praeclaris-  
simè meministi, in quem librum nuper in-  
cidi, à Philosopherum & Poëtarū lectione  
digrediens, itaque cupidissimè perlegi,  
haud aliter, quam qui videndi studio pere-  
grinatur à patria, ubi ignotum famosæ  
cuiuspiam urbis limen ingreditur, noua  
Captus dulcedine locorum, passimque sub-  
sistens obvia quæque circunspicit. A. At  
qui (licet aliter sonatibus verbis, sicut Ca-  
tholicæ veritatis Præceptorem decuit) re-  
peries libri illius magna ex parte Philo-  
sophicam, præcipueque Platonicam ac So-  
craticam fuisse doctrinam: & ne quid tibi  
Subraham, scito, me ut opus illud incipe-  
perem, unum maximè Ciceronis tui ver-  
bum induxisse, affuit Deus incæpto, ut ex  
paucis seminibus messis optima cōsurge-  
ret, sed ad propositum reuertamur. F. Ut  
Liber pater optime. Ante tamen unum  
oro, ne mihi abscondas verbum id, quod  
tām præclaro operi, ut aīs, præbuit ma-  
teriam.

CONT. MUNDI Dial. I. 41

teriam. A. Cicero siquidem in quoddam  
loco, iam tunc errores temporum pero-  
sus sic ait: Nihil animo videre poterant,  
ad oculos omnia referebant: Magni  
autem est ingenij reuocare mentem à  
sensibus, & cogitationem à consuetudi-  
ne. Hęc ille, ego autem hoc velut fun-  
damentum nactus, desuper illud, quod  
tibi placuisse dicas, opus extruxi.  
F. Teneo locum, in Tusculano est, te au-  
tem hic Ciceronis di&eo, & illic & alibi in  
operibus tuis delectari solitum animad-  
uerti, nec immerito: est enim ex eorum  
genere, quibus cum veritate permixtus le-  
pos ac maiestas, inest, tu vero tandem iam,  
vt videtur, ad propositū redi. A. Hęc tibi  
pestis nocuit, hęc te nisi prouideris, perdi-  
tum ire festinat, siquidem phantasmatibus  
suis obrutus, multisque & variis ac secum  
sive pace pugnantibus curis animus fragi-  
lis oppressus, cui primum occurrat quām  
narriat, quām perimat, quām repellat ex-  
animare non potest, vigōrque eius omnis  
ac tempus parca quod tribuit manus, ad  
tam multa nō sufficit, quod igitur euenire  
solet in Augusto multa serentibus, vt im-  
pediant se fara cōcursu, idem tibi contin-  
git, vt in animo nimis occupato, nihil v-

## 42 FR. PETRARCH. DE

tile radices agant, nihilque fructiferum  
 coalescat, tūque inops consilij, modò huc,  
 modò illuc mira fluctuatione volvari,  
 nusquam integer, nusquam totus, hinc est  
 quod quoties ad hāc cogitationem mor-  
 tis, aliasque per quas iri posset ad vitam,  
 generosus, si finatur, animus accessit, inque  
 altum naturali descēdit acumine, stare ibi  
 non valens, turba curarum variarum pel-  
 lente resileat. Ex quo fit, ut tam salutare  
 propositum nimia mobilitate fatiscat, o-  
 riturque illa intestina discordia, de qua  
 multa iam diximus, illaque animę sibi ira-  
 scētis anxietas, dū horret cordes suas ipsa  
 nec diluit, vias tortuosas agnoscit, nec  
 deserit, impendensque periculum metuit,  
 nec declinat. F. Heu mihi misero, nunc  
 profundē manum in vulnus adegisti, illic  
 dolor meus habitat, istic mortem metuo.  
 A. Benē habes, torpor abscessit: sed quoniā  
 iam satis hodiernū colloquii absque in-  
 termissione protulimus, reliquis si placet  
 in diem proximum dilatis, nūc aliquanti-  
 spēr in silētio respiremus. F. Peropportu-  
 na quidē languori meo quies& silentium.

## DIAL OGVS II.

AVG

**S**Atīsne feriati sumus? F. Ut liber quidē.  
 A. Quid

A Quid tibi nunc animi est, quantumve  
fiduciae praebuit enim non lene salutis in-  
dicium, spes languentis. F Quid de me  
sperare non habeo, spes mea Deus est. A. Sa-  
pienter, nunc ad rem redeo, multa te obsi-  
dent, multa circumstrepunt, tuque ipse, quod  
adhuc, aut quam validis hostibus circumsi-  
deris ignoras? Quod igitur euenire solet,  
condensam procul aciem cernenti, ut cons-  
temptus paucitatis hostium fallat, quod vero  
propius accesserit, quoque districtius subie-  
ctae oculis cohortes affluxerint, perstrin-  
gente oculos fulgore, metus crescat, & mi-  
nus debito timuisse poeniteat, idem tibi  
euenturum reor, ubi ante oculos tuos  
hinc atque illinc prementia, teque circum-  
fallantia mala coniecero, pudebit te mi-  
nus doluisse, minusque metuisse quam de-  
cuit, partiusque miraberis animum tam  
multis obsessum, per medios hostium cu-  
neos erumpere nequiuisse. Videbis pro-  
fecto, cogitatio illa salubris, ad quam te  
nitor attollere, quot aduersantibus cogi-  
tationibus vieta sit. F. Perhorresco  
grauerter, quoniam si periculum meum  
magnum semper agnouit, rique illud  
tantum semper estimationem meam  
esse ait, ut respectu eius quod timere de-

44 FR. PETRARCH. DE

bui, nihil penè timuerim, quid iam spei reliquum est? A. Ultimorum malorum omniū desperatio est, ad quām nemo unquam nisi antè tempus accessit, ideoq; hōc in primis scias velim, nihil esse desperandum. F. Sciebam, sed memoriam terror abstulerat. A. Nunc ad me oculos animumque conuerte, & vt familiarissimi tibi vatis verbo utar:

*Aspice qui cōcēant populi quæ mēnīa clausis  
Ferrū acuant portis, in te excidiūq; tuorū.  
Vide quos tibi Mundus laqueos tendit,  
quot inane species circūvolant, quot superuacuæ premunt curæ. Primum quidem  
vt inde initiu faciam, vnde ab initio creaturam omnijum illi nobilissimi spiritus  
corruerunt, tibique ne post illos corruas,  
summoperè prouidendum est: Quām multa sunt quæ animum tuum funestis alis extollunt & sub insitæ nobilitatis obtentu, toties ex parte fragilitatis immemorem fatigant, occupant, circunuolunt, aliud cogitare non sinunt, superbientem fidentemque suis viribus, & vsque ad creatoris odium placentem sibi, quanquam grandia, æqualia tibi singis esse, non in superbiam tamen, sed in humilitatem inducere debuissent memorantem, nullis tuis*

*merit*

CONT. MVNDI. Dial. II. 45

meritis, illa tibi singularia contigisse: quid enim ne dicam aeterno, sed temporali domino obsequentiore fecerit subiectorum animos, quam in illo spectata liberalitas, nullis suorum meritis excitata? student enim benefactis subsequi, quam praeuenire debuerant. Nunc verò facillimè licetbit quam pusilla sunt quibus superbis intelligere, fidis ingenio, & librorum lectio-  
ne multorum gloriari eloquio, & forma  
morituri corporis delectaris, enim uero  
sentis ingenii in quam multis te saepè de-  
stituat, quot sunt artium species, in quibus  
viliissimorum acumen hominum, æquare  
non poteris? minus dixi, animalia ignobilia  
& pusilla reperies, quorum opera nul-  
lo studio queas imitari. In nunc, & ingenio  
gloriare, lectio autem ista quid profuit?  
ex multis enim quæ legisti, quantum est  
quod inhæserit animo, quod radices <sup>8</sup> am-  
bitus, quod fructum precepit <sup>1</sup> umbra  
Excute pectus tuum actiter, inuenies cun-  
cta quæ nosti, si ad ignorata referantur,  
eam proportionem obtinere, quam col-  
latus Oceano, riulus æstiuis siccandus  
ardoribus, quanquam vel multa nosse  
quid relevat? si cum cœli terraque ambi-  
tum, si cum maris spatium & astrorū cur-

46 FR. PETRARCH. DE  
fus, herbarumque virtutes ac lapidum &  
naturae secreta didiceritis, vobis estis in-  
cogniti, si cum rectam virtutis ardua se-  
mitam Scripturis ducibus agnoueritis,  
obliquo calle transuersos agit furor, si cu  
omnis æui clarorum hominum gesta me-  
mineritis, quid vos quotidie agitis, nō cu-  
ratis de Eloquio quid dicam, nisi quod tu  
ipse, fateberis, sapè te quidem eius fiducia  
fuisse delusum? quid autē attinet audien-  
tes forsan approbasse quæ dices, si te iu-  
dice damnabantur? quamuis enim audien-  
tium plausus non spernendus eloquentia  
stuctus esse videatur, si tameo ipsius Or-  
atoris plausus interior desit, quantulū vo-  
luptatis præstare potest strepitus ille vul-  
garis? quomodo autem alios loquendo  
mulcebis, nisi te primum ipse permulse  
loquendice sancè nonnunquam sperata e-  
gnosceres gloria frustis, et ut facili  
gnosceres argumento, quam ventosa ine-  
ptia superbites. Quid enim quæso pueri-  
lius, immò vero quid insanus, quā in tan-  
ta terū omnium incuria, tantaque segnitie  
verborum studi tempus impendere, &  
lippis oculis nunquam sua probra cernen-  
tem, tantam voluptatem ex sermone per-  
cipere, quarundam auiularum, philome-  
tarum

CONT. MVNDI. Dial. II. 47

narum in morem, quas aiunt usque in per-  
niciem proprij cantus dulcedine dele-  
ctari & hoc quidem tibi scep̄e contingit,  
in rebus quotidianis & vulgaribus, quo  
magis erubesceres, quas tuo inferiores ar-  
bitrabis eloquio, eas te verbis æquare  
nequivisces: quam multa sunt autem in re-  
rum natura, quibus nominandis propriæ  
voces desunt? quam multa præterea, quæ  
quanquam suis vocabulis discernantur,  
tamen ad eorum dignitatem verbis am-  
plectendam, ante ullam experientiā, sen-  
tis eloquentiam non peruenire mortaliū  
quoties ergo te querentem audiui? quo-  
ties tacitum indignantemque conspexi,  
quod quæ clarissima cognitūque facili-  
ma esset, animo cogitanti, ea nec lingua  
nec calamus sufficienter exprimeret? quæ  
est igitur ista eloquentia tam angusta,  
tam fragilis, quæ nec cuncta complecti-  
tur, & quæ si fuerit complexa non strin-  
gitur Græci vobis, vos vicissim Græcis ver-  
borum penuriam soletis obiicere: Se-  
neca quidē illos verbis ditiores æstimat,  
at Marcus Tullius in RE Tordini finibus  
quod de bonorum & Malorum finibus  
edidit: Ego, inquit, mirari non queo, unde  
hoc si tam insolens domesticarum rerum

## 48 FR. PETRARCH. DE

fastidium, non est omnino hic dicendi lo-  
cus, sed ita sentio & sèpè differui, Latinā  
linguam non modo inopem, ut vulgo pu-  
tarent, sed locupletiore etiam esse quam  
Græcam, & idem cum sèpè alijs, tum in  
Tusculano suo, disputans exclamauit: O  
verborum inops, quibus abudare te, sem-  
per putas Græcia. Dixit hæc vir ille fiden-  
tissimè, vt qui se Latinæ eloquentiæ Prin-  
cipem sciret, audirètque de huius rei glo-  
ria, iam tunc bellum Græciæ mouere, iux-  
ta id quod ab eodē Seneca, Græci sermo-  
nis miratori in declamationibus scriptū  
est: Quicquid, inquit, habet Romana fa-  
cundia, quod insolenti Græciæ aut oppo-  
nat aut præferat, circa Ciceronem efflo-  
ravit: magna laus, sed sine vlla dubitatione  
et rissima. Est ergo vt vides de eloquentiæ  
Præcipitu, non tantum inter vos & Græ-  
cos, sed inter nostrorū etiam doctissimos  
magna contentio, inque his castris est qui  
illis faueat, sicut in illis forsitā qui nobis,  
quod de Plutarcho illustri Philosopho  
quādam referunt: denique Seneca noster,  
& si Ciceroni deferar, vt dixi coactus ma-  
nus talis præauicis eloqui, in reliquis  
men Græciæ palmam desert. Ciceroni  
entrarium videtur. Si verò meum his de  
rebus

CONT. MUNDI. Dial. II. 49

rebus iudicium exspectas, vtrumque veridicum pronuncio, & qui Græciam, & qui Italianam verborum dixit inopem. Quod si de his duabus tam famosis Regionibus recte dicitur, quid possunt sperare alii: quantum tibi præterea, in hac re, fidendum viribus tuis sit, vbi toti prouinciae, cuius perexigua portiuncula es, hanc sermonis vides esse penuriam, tecum ipse considera, pudebit tantum temporis consumpsisse, in eam rem, quam & assequi impossibile, & assecutum esse vanissimum sit. Ut verò iam hinc ad alia pertractanda trāsgrediar, Corporis huius bonis extolleris: nec quæc cœcūstent deinde pericula cernis: quid autem tuo tibi placet in corpore; roburne an valetudo prosperior: at nihil imbecillus, fatigatio ex leuibus causis obrepens, & insultus morborum varij, & vermiculorum morsus seu leuissimus afflatus, atque huius generis multa cōfirmant. an formæ forsitan fulgore deciperis, & proprij vultus colorem, seu lineamenta conspiciens, habes cui inhibes, quod mireris, quod mulcear, quod delecteris? Neque te Narcissi terruit fabula, nec quid estes introrsus vilis consideratio corporeæ fœditatis admonuit, exterioris cutis conten-

D. j.



50 FR. PETRARCH. DE  
tus aspectu, oculosq; metis vtrà non por-  
rigis. Atqui huius quoque caducum fore  
præcipite m̄q; flosculū, & si alia quæ innu-  
merabilia sunt argumēta cestarent, ipse ti-  
bi ætatis inquietus cursus, per singulos a-  
liquis decerpens dies, luce clarius ostende-  
re debuisset. Et si forte, quod dicere nō au-  
debis, aduersus ætatem & morbos, cæteraq;  
formā corporis altercantia, tibi ipse vide-  
ris indomitus, at illius saltē cuncta sub-  
ruētis extremi non decuit obliuisci, fixūq;  
alta sub mente geri debuit illud Satyricū:

*mors sola fatetur,*

Quantula sint hominum corpuscula,  
Hæc ni fallor sunt, quæ te superbis flatibus  
elatum, humilitatem cōditionis tuæ con-  
siderare prohibet mortisq; reminisci, sunt  
& alia quæ iam hinc exequi fert animus. F.  
Subsistē paululum quælo, ne tata mole re-  
rum obrutus, nequeam respōlurus surge-  
re. A. Dic age, subsistam libens. F. In ad-  
mirationē me non modicam coēgisti, mul-  
ta mihi obiciens, quæ nunquam in animū  
meum descendisse sum cōsciens. Me ne cō-  
fīsum aī ingenio? at profecto, nullum in-  
genioli mei signū est, nisi hoc vnum, nullā  
me in eo posuīsse fiduciam, ego ne libroruī  
ex lectione superior fiam, quæ mihi si-

*cū*

CONT. MVNDI. Dial. II.

et scientiae modicum inuenit, sic curarū materiam multarum. An linguae gloriam, sestat⁹ dico, qui ut tu ipse memorasti, nihil magis indignus, quām conceptibus illam meis non posse sufficere, nisi tentandi propositum tibi sit, scis me paruitatis meæ mihi cōscium semper fuisse, & si quid forte mihi visus sum, potuit hoc interdū alienæ ruditatis cōsideratione contingere. Ed enim ( quod sāpē dicere soleo ) peruentū est, ut iuxta vulgatum Ciceronis dictum, potius aliorū imbecillitate, quām nostra virtute valeamus. Quid autem, & si abunde contigissent ista quæ narras, quid mihi tam magnificum contulissent, ut hinc superbiēdum fore? non sum tam mei ipsius immemor, neq; tam leuis, ut his meam aurem agitādam præbeam. Quātulum enim vel ingenium vel scientia vel eloquentia profuerit, nullum laceratibus animū morbis afferens remedium? quam rem in Epistola quadam me diligētius questum fuisse cōmemini. Iam quod de corporeis bonis quasi serio dixisti, penè in risum excitauit. Me ne in hoc mortali & caduco corporisculo, spem posuisse, quotidianas eius ruinas sentientem? Deus meliora: fuit hęc puerio fateor cura peccandi capit, vultus

D. ij.

52 FR. PETRARCH. DE

ornandi, verū hoc cum primis annis simul  
euanuit, rēq; ipsa nunc experior, illud Do-  
mitiani Principis, qui in Epistola ad ami-  
cam de se ipso scribens, quārensq; corpo-  
rē pulchritudinis pr̄erapidam fugam:  
Scias, inquit, nil gratius decore, nil bre-  
uius. A. Copiosè possem aduersus ista dis-  
serere, malo tamen tibi conscientia tua,  
quā sermo meus incutiat pudorem, non  
agam pertinaciter, neq; tōmētis verbum  
extorquebo, quod generosi solent vltores,  
simplici negotiatione contētus precabor,  
vt pro posse ac omni studio declines, quod  
haec tenus te non admisisse contendis. Si  
quando autem vultus tui species tentare  
animum fortē cœperit, occurrat, qualia  
mox eadem futura sint membra, quē nunc  
placēt, quām fœda, quām tristia, quām tibi  
ipsi si reuidere posses horrenda, tecumq; que  
hoc inter Philosophicum illud frequenter  
āngemina: Ad maiora sum genitus, quām  
vt sim mancipium corporis mei. Profectō  
enim summa insania est homini, sese ne-  
gligentium, corpori autem in quibus ha-  
bitant, membra gemētum. Si quis in car-  
cerem tenebrosum atque humētem olen-  
temq; pestiferē, ad breue tempus incur-  
sus sit, nonnē si non desipiat, intactum sc,  
quaz

quantum possibile fuerit ab omni parietū  
& soli contagione seruabit, & iam egressus,  
intēris auribus liberatoris sui expedit.  
Quabit aduentum? quod si his curis abieci-  
tis, cœnōq; & horrore carceris delibutus  
exire metuat, ac pingēdis ornandisq; cir-  
ca se mœnibus, omnem curam studio-  
sus impendat, loci stillatis naturam frustrā  
superare meditans, nunquid non meritō  
infanus videatur & miser? nempe vos car-  
cerem vestrum & nostis & amatis: Ah mi-  
seri, & mox vel educendi, certè vel extra-  
hendi hæretis, in eo exornando solliciti,  
quem odisse decuerat: Sicut tu ipse in A-  
phrica tua Scipionis illius magni Patrē lo-  
quentem induxisti:

*Odimus laqueos, & vincula nota timemus:  
Libertatis onus, quod nunc sumus, illud a-  
manus.*

Præclarè quidem, modò quod alios dicere  
facis, ipse tibi dices: Vnum verbum quod  
ex omni sermone tuo tibi fortassis humil-  
limum, mihi autem arrogantissimum vi-  
detur, dissimulare non valeo. F. Doleo si  
superbè aliquid dixi: at si factorum dicto-  
rumve moderator est animus, nihil me ar-  
rogāter dixisse, ipse mihi testis est. A. Mul-  
to quidem importunius superbiaz genus

D. iii.

54 FR. PETRARCH. DE

est, alios deprimere, quām seipsum debito  
magis attollere, longēque malūssim, ceteros  
magnificares, te quoque ceteris an-  
teferres, quām calcatis omnibus, ex alieno  
contemptu, superbissimē tibi clypeū hu-  
militatis assumeres. F. Ut voles accipe, e-  
go nec mihi nec aliis multū tribuo, piger  
referre, qd de maiore parte hominū sentiā  
expertus. A. Seipsum spernere tutissimum  
est, alios verò periculosisssimum atque va-  
nissimum, sed progrediamur ad reliqua.  
Scis quid te aliud auertit? F. Quicquid li-  
buerit dicio, modò ne accuses inuidia. A.  
Vtinam non tibi magis superbia quām in-  
uidia nocuisse: hoc enim criminē me iu-  
dice, liber es, sed alia quædā dicturus sum.  
F. Nulla me deinceps accusatione turbas-  
ueris, dic ingenuè, quid est quod me trans-  
uersum agit? A. Rerum temporalium ap-  
petitus. F. Apage obsecro, nihil vñquam  
absurdius audiui. A. Repentē turbatus, &  
propriæ promissionis oblitus es: iam in-  
uidia mentio nulla est. F. Ast avaritiæ, à  
quo criminē nescio an remotior q̄ squā sit.  
A. Multū te iustificas, sed mihi crede, non  
es ab hac peste, vt tibi videris, alienus. F.  
Egonē ab avaritiæ labi immunis sum? A.  
Ne ab ambitione quidem. F. Age iam vr-

ge,

CONT. M V N D I. LIB. II. 36

ge, ingemina, accusatoris officium imple,  
quid iam noui vulneris infligere velis ex-  
pecto? A. Propriæ quidem veritatis testi-  
moniorum, accusationem & vulnus appella-  
sti: verum est enim illud Satyricum:

*Accusator erit qui verum dixerit.*  
Nec minus & Comicum id:

*Obsequium amicos, veritas odium parit.*  
Sed dic oro, quorsum hæ sollicitudines &  
edentes animam curæ? quid necesse erat  
in tam brevibus vitæ spatiis tam longas  
spes ordiri? vitæ summa breuis, spem nos  
verat inchoare longam: legis semper ista  
sed negligis. Respodebis, ut arbitror, ami-  
corum te charitate cōpellî, & pulchrū er-  
rori nomen inuenies. Atqui deinetia quā-  
ta est, ut alteri sis amicus, tibi ipsi bellum  
& inimicitias indicere? F. Non sum tam  
illiberalis & inhumanus, ut non me cōtin-  
gat amicorū cura, eorum præsertim, quos  
virtus mihi vel meritum conciliat: sunt  
enim quos suspiciam, quos venerer, quos  
amem, quos nūc miserear amicos. Ex aduer-  
sò autē nec adeò liberalis sum, ut propter  
amicos me perditum eam, at quoad vixe-  
rim, pro victu quotidiano præparare ali-  
quid mens optat, atque hoc in studio (ut  
quoniā Horatij iaculis me peris, Horatiae

D. iiiij.

56 FR. PETRARCH. DE  
nus clypeus me regat)

*Sit bona libroru, & prouise frugis in annis  
Copia, neu fluitem dubiae spe peditus horæ.  
Et quia propositū est mihi, vt ait idem, nec  
turpem senectam degere, nec cythara ca-  
rentem: Et quia multum vereor vitæ pro-  
lixioris insidias, longè in vtrūq; mihi ipse  
prouideo, & Musarum studiis, rei familia-  
ris curas intersero, verum id ago tām legi-  
niter, vt euidenter appareat, me coactū ad  
ista descendere. A. Intelligo quām altè in  
cor tuū ista penetrarint, quibus excusatio  
quæreretur amētia. Cūr autem non æquè  
Satyricum illud precor Diis inhæsit:*

*Sed quō dīuitias hic per tormenta coactas,  
Cum furor haud dubius, cum sit manifesta  
phrenes.*

*Vt locuples moriaris, egenti vivere fato?  
Credo, quia præclarus æstimas purpureis  
stratis obstitū mori, sepulchro iacere mā-  
moreo, linquere successoribus de opulen-  
ta hæreditate certamen, illasque ideo, qui-  
bus ista parantur dīuitias cōcupiscitis. Su-  
peruacuus labor, & si mihi credis, insanus.  
Iam si ad cōmunem hominum respicis na-  
turam, nosti eam paucis esse cōtentam: si n  
ad propriam cogitando reflextis, vix na-  
gus est, cui pauciora sufficerent, nisi publi-*

Cug

CONT. MVNDI. Dial. II. 57

Ecus error obstreperet. At populares mores  
vel ad ipsius fortè qui loquebatur animū  
respexit Poëta dum diceret:

*Nictum infælicem tellus, lapidosaque corna  
Danrami, & vulsis pascū radicibus herbe.  
Tibi contrā fatearis oportet, nihil tali vi-  
tu dulcius nilq; suavius, si tuis & non insanientis vulgi legibus viuas. Quid ergo  
te crucias, si ad naturam tuam te metieris?  
iam pridem diues eras, sed ad populi plau-  
sum diues esse, nunquā poteris, semper ali-  
quid restabit, quod sequens per cupiditat-  
um abrupta rapiaris. Meministi quanta  
cum voluptate reposito quondam rure va-  
gabaris, & nunc herbosis pratorum choris  
accubans, murmur aquæ luētantis haurie-  
bas, nunc apertis collibus residens, sub-  
iectam planitiem libero metiebaris intui-  
tu, nunc in apricæ vallis umbraculo, dulci  
sopore correptus, optato silentio frueba-  
ris, nunquam ociosus mēte, aliquid altum  
semper agitans, & solis Musis comitātibus,  
nusquā solus deniq; Virgiliani senis exem-  
pto;*

*Qui Regū aquabat opes animo serāque re-  
nuntens.*

*Nocte domū dapibus mēsas onerabat in em-  
ptis.*

## 58 FR. PETRARCH. DE

Sub Occasum solis, angustam domum repetens, & tuis contentus bonis, nunquid non tibi omnium mortalium longè distissimus & planè felicissimus videbaris? F. Heu mihi, nunc credo atque illius temporis commemoratione suspiro. A. Quid suspiras, aut quis tibi demens temporum præbuit materiam? nempe animus ipse tuus, quem puduit tam diu naturæ suæ legibus parere, qui que frenum non fregisse credit seruitutis, is modò te raptat violentus, & nisi habenas contrahas præcipitaturus ad mortem, ex quo primum cœpisti, ramorum tuorum baccas fastidire amictusque simplicior: & agrestium hominum sorduit conuictus. In medios urbium tumultus, urgente cupiditate relapsus es ubi quam latè quanque tranquillè degas, frontis tuæ habitus & verba testatur, quid enim miseriarum non vidisti, pertinacissimus aduersus infœliciter experta, & adhuc bœstias peccatorum forsitan illigatus nexibus, ac paciente Deo, ut ubi sub aliena ferula pueritiam exegisti, ibidem tui iuris effectus miserabilem conteras senectutem? Certè ego præsens aderam, cum adhuc adolescentulum te, nulla cupiditas, nulla prorsus tangebat ambitio, cum cuius-

CONT. MVNDI. Dial. II. 59

cuiusdam magni futuri viti specimen præferebas: nunc mutatis moribus, infelix,  
quò magis ad terminum appropinquas,  
eò viatici reliquum conqueriris & atten-  
tus: quid superest igitur, nisi ut in die mor-  
tis (quæ forte iam iuxta est: & profecto  
procul esse non potest) aurum sitiens, ca-  
lendario semiviuus incumbas? siquidem  
quod per dies singulos crescit, suprema  
die necesse est ad summum & augeri, & ad  
vetitum prouenire incrementum. F. Se-  
nectus pauperiem ante propiciens, si fa-  
tigata ætati adiumenta conquiero, quid  
hic tam reprehensibile est? A. O ridi-  
culas curas, insanamque negligentiam, id  
anxiè cogitare, quo vel nunquam forte  
peruenitur certè, vel ubi breuissimo tem-  
pore permaesurus sis, illius autem obli-  
uisci, quò & peruenire necessarium sit, &  
irremeabile peruenisse: sed ille mos ve-  
ster execrāndus, transitoria curatis, æter-  
na negligitis, in eo quidem quod de seni-  
li paupertate clypeum queritis, errori in-  
hæsit, credo tibi Virgilianum illum:

Atque in opis metuens formica senecte.  
Itaque illam tibi vitæ magistram delegi-  
sti, excusabilior, dicente Satyrico:  
frigusque famemque,

Formica tandem quidam expauere magis-  
tra.

Ac si non tutus in formicæ magisterium  
abiisti, reperies nihil miserius, nihil amen-  
tius quam semper pauperiem pati, nequā-  
do patiaris. F. Quid ergo? pauperiem ne-  
scades? optarem quidem minimè, tolerare  
summoperè, si sic res humanas miscens  
fortuna coegerit. A. Mediocritatem sanè  
in omni statu experendā enseco, non igi-  
tur ad illorū statuta te reuoco, qui ajunt:  
Satis est vitæ hominī panis & aqua, nemo  
adhuc pauper est, intra quæ quisq; deside-  
rium suum clausit, cū ipso loue de felici-  
tate cōtendet, nec mediū vitæ hominum,  
fluum Cererēmque constituo: sunt enim  
vt magnificæ, sic auribus hominū impor-  
tunæ priderem odiosæ sententiax: itaque in-  
firmitati tuæ morē gerā, exinanire naturā  
nō doceo sed frenare. Sufficiebant tua qui-  
dē vñibus necessariis, si tu ipse tibi suffici-  
ses, nunc autē ipse quam pateris indigen-  
tiā peperisti. Cumulationem enim opum,  
necessitatem ac sollicitudinem cumula-  
re, iam toties disputatum est, vt amplior-  
ibus iam non egeat argumentis, mirus  
error & miseranda cæcitas, præclarissimæ  
naturæ ac cœlestis originis humanum a-  
nimum

CONT. MVNDI. Dial. II. 61

nimum cœlestibus neglectis, metallis in-  
biare terrestribus. Cogita, quæso acriter,  
atque oculos mentis intende, ne eos cir-  
cumradiantis auri fulgor impedit, quo-  
ties vncis avaritiae tractus, ab altissimis  
curis adhæc inferiora diuerteris, nonne  
de cœlo in terras præcipitem corruisse  
remotisque sideribus in profundissimam  
voraginem demersum te esse cognoscis?  
F. Cognosco equidem, & dici non pos-  
set, quam grauiter præcipitatus allidor.  
A. Quid ergo toties expertus non metuis,  
& cum fueris erectus, ad superna nō tena-  
cius pedem figis? F. Nitid quippè, sed quo-  
niā humanæ conditionis concurrexit ne-  
cessitas, inuitus auellor: nec enim sine cau-  
sa veteres Poetas, geminum Parnassi col-  
lem duobus Diis dedicasse suspicor, sed ut  
ab Apolline (quem Deum ingenij vocant)  
interdum animi præsidium, à Baccho au-  
tem rerum externarum sufficientiam im-  
plorarent: in quam sententiā me non mo-  
dò rerum experientia magistra, sed crebra  
etiam doctissimorum hominum inclina-  
uit auctoritas, quos tibi quidem inculcare  
non attinet: Ita quamvis turba Deorum  
ridiculosa sit, hæc tamen vatuum opinio,  
haud proslus insensata est, quam ego si ad

## 62 FR. PETRACH. DE

vnum retulerim Deum, à quo omnis op-  
portuna subuētio, nū me delirare quidem  
arbitror, nisi tibi aliter videatur? A. Ego  
ita esse non nego, sed quia tempus tam  
iniquè partiaris indignor: vniuersam e-  
nīm ætatem tam honestis olim curis  
destinaueras, liquid in aliis coactus ex-  
penderes, id tempus perditum indicabas:  
nunc verò tantum honestati tribuis, quā-  
cum tibi reliquum fecit avaritiae studi-  
um, quis non ad ætate proeuctiorem per-  
uenisse cupiat, quæ sic consilia hominum  
alternat? sed quiserit finis, aut quis mo-  
dus: præfige tibi metā, ad quā dū perue-  
neris sublitas, & aliquādo respires: scis il-  
lud humano ore prolatū oraculivim ha-  
bere:

*Semper anarus eget, certum voto pete fi-  
nem.*

Quis autem cupiditatibus tuis erit finis?  
F. Nec egere, nec abundare, nec præesse,  
nec subesse aliis, finis est meus. A. Hu-  
manitatem exuas oportet & Deus fias, vt  
tibi non egere contingat, an ignoras, ex  
eunctis animalibus, egentissimū esse ho-  
minem? F. Audieram tæpissimè, sed inte-  
grare memoriam velim. A. Aspice nudum  
& informē, inter vagitus & lachrymas na-  
scen-

CONT. MVNDI. Dial. II. 63

fcentem, exiguo lacte soladum, tremulum  
atque reptantem opis indigum alienæ,  
quem muta pascunt animantia & vestiunt,  
caduci animi, inquieti, morbis obsecrum  
variis, subiectum passionibus innumeris,  
consilij inopem, alterna lætitia & tristitia  
fluctuantem, impotentemque arbitrij, ap-  
petitus cohibere nescium, quid quantum-  
uē sibi expediat, quis cibo potuīq; modus  
ignorantem, cui alimenta corporis ceteris  
animantibus in aperto posita, multo labo-  
re conquirenda sunt, quem somnus inflat,  
cibus distendit, potus præcipitat, vigiliae  
extenuant, fames contrahit, sitis arefacit,  
audium timidumq; fastidente posse-  
sa, perdita deplorantem, & præsentibus si-  
mul & prateritis & futuris anxiū, super-  
bientem inter miseras suas, & fragilitatis  
sibi concium, vilissimis vermisbus impas-  
rem, vitæ breuis, ætatis ambigua, fati ince-  
uitabilis, ac mille generibus mortis expo-  
situs. F. Coaceruasti miseras infinitas, &  
egestates, ut penè iam hominē natum pœ-  
nitentat. A. In hac tanta hominum imbecil-  
itate tantaq; penuria, tu tibi copiam au-  
spicaris ac potentiam, quæ nullis Cæsari-  
bus, nullisque vñquam Regibus perfecta  
cōtigerit. F. Quis nam his vocabulis vñs

## 64 FR. PETRARCH. DE

est? quis seu copiam seu potentiam no-  
minauit? A. At quæ maior copia quam  
non egere? quæ maior potentia quam  
non subesse? profecto enim Reges Do-  
miniique terrarum, quos opulentissimos  
reor, innumerabilibus rebus egent, ipsi  
quoque Duces exercituum, quibus præf-  
fe videntur, subsunt, & ab armatis le-  
gionibus obseSSI, per quas metuuntur,  
vicissim metuant oportet. Desine iam  
impossibilia sperare, & humana sorte  
contentus, abundare & egere, præfesse &  
subesse condiscas, non his moribus de-  
gens, fortunæ iugum, quo colla Regum  
premuntur excutias, quod tamen de-  
mum excidisse tibi noueris, cum calca-  
tis passionibus humanis, totus sub vir-  
tutis Imperium accesseris, liber illuc fu-  
turus, nulla egens te, nulli subiectus  
hominum, denique Rex & verè potens  
absolutéque fœlix. F. Iam piget inco-  
pti, cupioque nihil cupere, sed consue-  
tudine rapior peruersa, sentioque inex-  
pletum quoddam in præcordiis meis  
semper. A. Hoc est ut ad propositum  
spectet oratio, hoc est quod te à cogni-  
tione mortis auertit, dum terrenis solli-  
citudinibus implicitus, oculos ad altiora

non

CONT. MVNDI. Dial. II. 65

non erigis, quas quidē velut pestiferas animorū farcinas, si quid mihi credis abiicies, nec abiecisse labor magnus fuerit, dummodò te ad naturā tuam composueris, eiq; potius quām vulgi furiis, te vehēdum regendumq; commiseris. F. Fiet id quidem me volente, sed quod de Ambitione loqui cōperas, iam pridem audire desidero. A. Quid à me expertis quod tibi ipse p̄stare potes? pectus tuum examina, reperies inter pestes cæteras non minimum ambitionum locum. F. Nihil ergo mihi profuit urbes fugisse, dum licuit populosque & actus publicos despexisse, syluarum recef-  
sus & silentia rura secutum, odium vento-  
ris honoribus indixisse, adhuc ambitionis insimulor. A. Multa linquitis mortales, non quia contemnitis, sed quia desperatis posse consequi: excitant enim se alternis stimulis spes & desiderium, usque adeò, ut altero frigescente, tepescat alterum & recalente referueat. F. Quid orō me sperare prohibeat, adeò ne cunctæ bonæ artes derant? A. De bonis artibus sileo, at illæ dererant profectò, quibus hodie p̄sertim ad altos gradus ascenditur, ambiendi scilicet magnorum limina, blandiendi, fallendi, pronuntiandi, mentiendi, simulandi, dif-  
fundi.

B. j.

66 . . . FR. PETRARCH. DE

mulandiique, grauia & indigna quælibet  
patiendi, harum & similium egenus artiū,  
nec naturam vinci posse ratus, ad alia stu-  
dia transiusti, cautè quidem & prudenter:  
quid est enim aliud, vt ait Cicero, gigantiū  
more pugnare cum Diis, nisi naturæ re-  
pugnare? F. Valeant magni honores, si his  
artibus acquiruntur. A. Benè ais, non ta-  
men prorsus in auribus meis tuam inno-  
centiam comprobasti: neque enim hono-  
res te non optasse concludis, tametsi quæ-  
rendi molestiam perhorrescas, sicut nec  
Romam vidisse contempstis, quisquis via-  
rum labore perterritus, pedem retulisti ab  
incæpto: adde quodd nec pedem retulisti, vt  
tibi ipse persuades, mihiq; persuadere ni-  
teris, neu te, vt aiunt, digito cōtexeris, quic  
quid cogitas, quicquid agis ante oculos  
meos est, & quod fuga urbium syluarum-  
que cupidine gloriaris, non excusationē,  
sed culpæ imitationē arguit. Multis nam-  
que viis, ad vnum terminum peruenitur, &  
tu mihi crede, licet calcatam vulgè dese-  
rueris viam, tamen ad eandem quam spre-  
uisse te dicis ambitionē, obliquo calle cō-  
tendis, ad quam ocium, solitudo, incurio-  
sitas tantarum rerum humanarū, atq; ista  
qua te producūt studia, quorum usq; nunc  
finis

CONT. MVNDI. Dial. II. 67

finis est gloria. F. Ad angulum vrges mes-  
vnde possem licet subter fugere , quia tan-  
men tempus breue est, & in multa dispara-  
tiendum, si libet progrediamur ad reliqua.  
A. Sequere igitur ad præcedentem , gulæ  
nulla sit metio, cuius studio nullatenus te-  
neris, nisi voluptati fauens, non unquam  
amicorum blandior conuictus obreperet.  
Veruntamen nihil hinc metuo, quoties e-  
nim vrbibus crepturus suum recuperauit  
incolam, omnes repente diffugunt insidie  
talium voluptatum, quibus amotis, ita te-  
viuentē, fatear, animaduerti, ut & proprios  
& cōmunes amicos supergressa sobrietate  
ac modestia delectarer. Iram quoque pre-  
teruehor, qua & si s̄apē iusto magis exar-  
deas, cōfestim tamen naturæ bonitate mi-  
tigabilis compescere motus animi soles,  
memor Horatiani consilij:

*Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi  
pares,*

*Imperat, hūc vinculis, hūc tu cōpesce catenis.*  
F. Aliquantulum mihi fateor & Poëticū  
hoc, & plurima huius generis Philosopho-  
rum consilia profuerunt , atque in primis  
zui breuis recordatio: quæ enim rabies  
est, pauculos dies quos inter homines agi-  
mus, in hominum odium perniciemq; cōg-

E. ij.

sumere? aderit ecce dies vltima: Quæ has  
flamas in peccatorib. humanis extinguat, &  
finem positura odiis, & si inimico n.l mor-  
te grauius optamus, iniquissimi voti com-  
potes factura. Itaque quid se, quid alios  
præcipitare iuuat? quid opportunas partes  
breuissimi temporis amittere? & vel præ-  
sentiibus honestis gaudiis, vel futuræ vitæ  
consiliis deputatos dies, vix sufferturos ad  
singula, summa licet cum parsimonia dis-  
pensatis, auferre necessariis ac propriis  
vñibus, inque alienam pariter & nostram  
tristitiam mortemque convertere: verum  
hæc mihi meditatio, eousque profuit, vt  
impulsus non totus rueret, & si corruisset,  
mox exurgerem, ne vllis autem iracundiz  
flatibus agitarer, nullum mihi haec tenus  
studium præstare quiuit. A. At quia nullū  
ex huius te flatibus, aut tibi aut alteri ve-  
teor naufragium, facile patiar, vt si Stoico-  
rum promissa non attingis, qui morbos  
animorum radicitus se vulturos spondent,  
sis in hac re Peripateticorum mitigatione  
contentus: his igitur in præsens omissis, ad  
periculosiora, & tibi multò diligentius  
proudenda festino. F. Deus bone, quid  
adhuc periculosius restat. A. Quantis lu-  
xuriæ flammis incenderis. F. Tantis equi-  
dem

CONT. MVNDI. Dial. II. 69

dem interdum , ut grauiter doleam , quod non insensibilis natus sum , immobile sa-  
xum aliquod esse maluerim , quam tam  
multis corporis mei moribus turbari.  
A. H abes igitur , quod te vel maximè ab  
omni diuinorum cogitatione dimoueat .  
Quid enim aliud cœlestis doctrina Plato-  
nis admonet , nisi animum à libidinibus  
corporis arcendum , & eradenda phantas-  
mata , ut ad prouideanda Diuinitatis arcana ;  
cui propriæ mortalitatis annoxa cogitatio  
est , purus expeditusque consurgat : Scis  
quid loquar , & hæc ex Platonis libris tibi  
familiariter nota sunt , quibus audiissimè  
nuper incubuisse diceris . F. Incubuerā fa-  
teor alaci spe , magnisque desiderio , sed  
peregrinæ linguae nouitas , & festinata pœ-  
ceptoris absentia , præciderunt propositū  
meum : cæterum ista quam memoras dis-  
ciplina , & ex scripturis tuis , & ex aliorum  
Platonicorum relatione nouissima est . A.  
Haud refert , quo verum monstrante didi-  
ceris , quamvis multum sœpè possit au-  
toritas . F. Apud me præsertim , hominis il-  
lius , de quo altè mihi quidem insedit illud  
Ciceronis in Tusculano : Plato , inquit , Et si  
rationem nullam afferret ( vide quid ho-  
mini tribuo ) ipsa auctoritate me frange

E. ij:

BOR

get, mihi autem s<sup>æ</sup>p<sup>e</sup> diuinum illud inge-  
nium cogitanti, iniuriosum videretur, si  
cum Duce<sup>m</sup> suum Analogistam facit Py-  
thagoreum, vulgus reddend<sup>e</sup> rationi foret  
obnoxius Plato. Sed ne à proposito lon-  
gius eam, Platonis hanc sententiam mihi  
pridem adeò & auctoritas, & ratio & ex-  
perientia commendauit, vt nil verius, nil  
que sanctius dici posse non dubitem. Ita  
enim interdum Deo manum porrigente  
surrexi, vt incredibili quadam & immensa  
cum dulcedine, quid mihi tunc prodesset,  
quidue antea nouisset agnoscerem, &  
nunc meo p<sup>o</sup>dere in antiquas miserias re-  
lapsus, quid me iterum perdiderit, cum a-  
marissimo gusto mentis experior. Quod  
idcirco retuli, ne forte mireris, huius me  
Platonici dogmatis experientiā profiteri.  
A. Non miror equidem, laboribus enim  
euis interfui, & cadentem & resurgentem  
vidi, & nunc prostratū misertus opem fer-  
re disposui. F. Gratias ago tām misericor-  
dis affectus, quid autē operis superest hu-  
manæ. A. Nihil, at diuīng plurimum, con-  
tinens equidem, nisi cui Deus dedit esse nō  
potest. Ab eo igitur munus hoc, & in pri-  
mis humiliter, & s<sup>æ</sup>p<sup>e</sup> cum lachrymis po-  
tulandum est: solet ille quo ritè poscitur,

BON

CONT. M VNDI. Dial. II. 78

non negare. F. Feci tām sāpē, vt penē iam  
sibi molestus esse vērōr. A. At non satis  
humiliter, non satis sobriē, semper aliquid  
loci vēturiſ cupiditatibus reseruasti, sem-  
per in longum preces extendisti. Expertus  
loquor hic, & mihi contigit: dicebam: Da  
mihi castitātē, sed noli modo, differ pau-  
tulum, statim veniet tempus, virentior ad-  
huc ætas, suis eat semitis, suis vtratur legi-  
bus, turpius ad iuuenia ista rediretur: tūc  
igitur abeūdum erit, cum & minus ad hoc  
habilis decursu temporis factus fuero, &  
satietas voluptatū metum regressionis ab-  
stulerit. Hec dicens, aliud te velle precari,  
aliud non intelligis. F. Quo nam modo.  
A. Quia qui in diem poscit, in præsens ne-  
gligit. F. Ego in præsens sēpē cum lachry-  
mis poposci, sperans simul & illud euentu-  
rum, vt effractis cupiditatū laqueis, & cal-  
catis vitæ miseriis saluus euaderem, & ve-  
lut aliquem salutarem portū, ex tām mul-  
tis curarum iauilium tempestatibus ena-  
tarem: at quoties postea inter eosdē scō-  
pulos naufragium passus sum, quotiesque  
si destituor passurus intelligis. A. Crede  
mihi, aliquid semper defuit orāti, alioquin  
vel annuisset largitor ille supremus, vel  
quod Paulo fecit Apostolo, ad perfectio-

E. iiii.

FR. PETRARCH. DE

nem virtutis & infirmitatis, experientiam  
denegasset. F. Credo ita esse, precabor tam  
en assidue, nec fatigabor, nec erubescam,  
nec desperabo, si forte miseratus  
omnipotens labores meos, aurem pre-  
cibus quotidianis accommodet, & quibus  
si iusta fuissent gratiam non nega-  
set, idem ipse iustificet. A. Consulte, ta-  
men tu emere & (quod prostrati solent)  
in cubitu erectus, ingruentia mala circu-  
spice, ne ad repentinum cuiuslibet modis  
incursum, iacentia membra dissipant, nec  
segnius interim opem attollere valentis  
implora, aderit ille tunc forsitan cum ab-  
esse credideris, unum semper ante oculos  
habeto, Platonis superiorem illam, haud  
spernendam sententiam: Ab agnitione Dei-  
tatis, nil magis quam appetitus carnales, &  
inflammata obstant libidinem. Hanc igitur  
doctrinam assidue tecum versa, hec no-  
stri consilij summa est. F. Ut intelligas me  
hanc adamasse sententiam, non modo in  
atriis suis sedentem, sed peregrinis etiam  
memoribus latitatem, audiissime comple-  
xus sum: at locum animo mutau, ubi illa  
oculis meis occurrat. A. Quid dicere velis  
expecto. F. Scis Virgilium, virum fortem,  
per quod pericula, in illa suprema & hor-

renda

CONT. MVNDI. Dial. II. 73

renda Troiani excidij nocte circunduxit.  
A. Scio enim quid Scholis omnibus vulga-  
tius, ipsum quoque casus suos enarrantem  
facit:

Quis clade illius noctis, quis funera fando  
Explicit? aut possit lachrymis aquare la-  
bores.

Virbs antiqua ruit multos dominata per  
annos

Plurima pérq; vias sternuntur inertia passim,  
Corpora, pérque domos & religios a domorū  
Limina, nec soli penas dant sanguine Teucri.  
Quondā etiā vīcti, redit in præcordia virtus;  
Victoresque cadens Danai, crudelis ubique  
Luctus, ubique paor, & plurima moris  
imago.

F. Atqui quamdiū Venere comitante, inter  
hostes & incendium errauit, apertis licet  
oculis, effensorum iram Numinum videre  
non potuit, eāq; illum eloquentem, nil ni-  
si terrenum intellexit: at postquam illa  
descensit, quid euenerit nosti, siquidē mox  
iratas Deorū facies eum vid sse subsequi-  
tur, & omne circumstans periculum agno-  
uisse.

Apparent diræ facies, inimicaque Troie,

Nunina magna Deūm.

Ex quibus hoc excerptū, usum Veneris, cō-

## 74 FR. PETRARCH. DE

spectum diuinitatis eripere. A. Praeclarè lucem sub nubibus inuenisti, sic népè Poëticis interest, veritas fragmentis, tenuissimis riuulis adeunda, sed quoniam rursus ad ista redeundum est, quæ restant ad ultimum reseruemus. F. Ne igitur me tramitis agas, quæ nam te redditum polliceris. A. Maxima tuæ mentis vulnera nondum attigi, & consulto dilata res est, ut non uissimè posita hæreant memoriarum in illorum alterum appetituum carnarium, de quibus aliqua diximus cumulationis aderit materia. F. Progredere iamvt liber. A. Nisi impudenti pertinacia sis, nulla superest contentio. F. Nihil gratius videre possem, quam omnium contéctionum causam oblatam ex orbe terrarum. Nihil deniq; tam clare mihi cognitum fuit vñquam, vt de eo non inuitus alter carer, quod inter amicos licet orta contentio, asperum quidem & hostile, & amicitiarum moribus aduersum habet, sed perge ad hæc, quibus me statim assensurum putas. A. Habet te funesta quædam pestis animi, quam Accidiam moderni, veteres ægritudinem dixerunt. F. Ipsum morbi nomen horreo. A. Nimirum, quia diù per hunc grauiter vexatus es. F. Fatigor & illud accidit, quod omnijs

omnibus fermè quibus angor, aliquid fal-  
si licet dulcoris immixtum est: in hac au-  
tem tristitia & aspera & misera & hōren-  
da omnia, apertaque semper ad despera-  
tionem via, & quicquid infelices animas  
vrget in interitum: ad hoc, & reliquarum  
passionum vt crebras, sic breues & momē-  
taneos experior insultus. Hac autem pe-  
stis tam renaciter me arripit interdum, vt  
integros dies nocteque illigatum, tor-  
queat, quod mihi tempus non lucis aut  
vitæ, sed tartareæ noctis & acerbissimæ  
mortis instar est, & (qui supremus mise-  
riarum cumulus dici potest) sic laboribus  
& doloribus pascor, arcta quadam cum  
voluptate, vt inuitus auellar. A. Morbum  
tuum nosti optime, modò causam noscere.  
Dic ergo: Quid est quod te adeò contri-  
stat? temporalium ne discursus, aut cor-  
poris dolor, an aliqua fortunæ durioris  
iniuria? F. Non vnum horum aliquod, si  
singulari certamine tentarer, starem vtiq;  
nunc autem toto subruor exercitu. A. Di-  
stinctius, quid te vrgeat eloquere. F. Quo-  
ties vnum aliquod fortunæ vulnus infligi-  
tur, perfido interritus, memorans sœpè me  
ab ea grauiter perculsum, abiisse victore,  
si mox illa vulnus ingeminet, titubare pa-

## 76 FR. PETRARCH. DE

tumper incipio, quod si duobus tertium  
quartumque successerit, tum coactus, non  
quidē fuga præcipiti, sed pede sensim rela-  
to, in arcē rationis euado. Illic si toto rerū  
agmine incubuerit fortuna, mēque ad ex-  
pugnādum conditionis humanæ miseras  
& laborum præteriorum memoriam, fu-  
turonumq; formidinem congesserit, tūm  
demūm pulsatus vndeique, & tātam malo-  
rum congeriem perhorrescēs, ingemisco:  
hinc dolor ille grauis oritur, veluti si quis  
ab innumeris hostibus circumclusus, cui  
nullus pateat egressus, nulla sit misericor-  
diæ spes, nullumque solatium, sed infesta  
omnia, erectæ machinæ, defossi super ter-  
ram cuniculi, tremuntq; iam turres, stant  
scale propugnaculis admotæ, hærent mœ-  
nibus vnci, & ignis tabulara percurrit, vn-  
dique fulgentes gladios minantesq; vul-  
tus hostium, cernentesque vicinum co-  
gitans excidium, quidni paueat & lugeat,  
quando his licet cessantibus, ipsa liberta-  
tis amissio, viris fortibus mœstissima est?  
**A.** Quanquam confusius ista percurreris,  
intelligo tamen opinionem tibi peruer-  
sam, causam esse malorum omnium, que  
innumerabiles olim stravit sterneq; ma-  
lè tibi arbitraris, **F.** Immò verò pessimè.

**A.** Quam

CONT. MVNDI. Dial. II. 77

A. Quam ob causam? F. Non vnam quidem, sed innumeratas. A. Idem tibi accidit, quod is qui ob leuissimam quamlibet offendit in memoriam redeunt veterum simultatum. F. Nullum in me adeò vetustum vulnus, ut obliuione deletum sit, recentia sunt cuncta quæ cruciant, & si quod tempore potuisse aboleri, tam crebro locum reperiit fortuna, ut hians vulnus, nulla vñquam cicatrix astrinxerit. Accedit & humanae conditionis odium atq; cotempitus, quibus omnibus oppressus, non mœstissimus esse non valeo: hanc sibi ægritudinem sive accidiam, sive quid aliud esse definiis, haud magnificatio, ipsa de re conuenit. A. Quidam ut video altis radicibus morbus inititur, superficietenus hunc sustulisse nō sufficiet, repullulabit etenim certe, radicatus euellendus est. Vnde autem incipiam incertus sum, tam multa me terrent: sed ut facilior sit distincti operis effectus, discurrat per singula. Dic ergo: Quid in primis tibi molestum putas? F. Quicquid primum video, quicquid audio, quicquid sentio. A. Penè nil ne placet tibi ex omnibus. F. Aut nihil aut per pauca quidem. A. Vtinam saltem salubriora delectent, sed quid apprimè displaceat?

## 78 FR. PETRARCH. DE

responde mihi quæso? F. Iam respondi.  
A. Totum est hoc eius, quām dixi accidiae,  
tua omnia tibi displicent. F. Aliena non  
minus. A. Et hoc ex eodem fonte procedit,  
ut verò aliquis dicendorum ordo sit adeò  
ne tibi tua displicant ut ais? F. Desine  
questiunculis, quater, plus etiam quām di-  
ci posset. A. Ergo illa tibi sordescunt, quæ  
multis aliis inuidiosum faciunt. F. Qui  
misero inuidet, necesse est ut sit ipse mi-  
serrimus. A. Quid autem magis displiceret  
ex omnibus. F. Nescio. A. Quid si ego di-  
numerem fateberis ne. F. Fatebor inge-  
nuè. A. Fortunæ tuæ iratus es. F. Quidni  
oderim, superbam, violentam, cæcam, &  
mortalia hæc sine discretione voluentem.  
A. De communib[us] publica est querela,  
nuc proprias prosequamur iniurias. Quid  
si iniuste conquereris, velles ne in gratiam  
reuerti. F. Difficillima quidem persuasio,  
si tamen id mihi monstraueris conquiescā.  
A. Parcius tecum agere æstimas fortunam.  
F. Immò amarissimè, immò iniquissimè,  
immò superbissimè, immò crudelissimè.  
A. Non unus est apud Comicum Poëtam  
querulus, innumerabiles sunt, tu quoque  
adhuc unus ex multis es, mallem ex pau-  
cis: cæterum quia adeò trita materia est,

v

CONT. MVNDI. Dial. II. 79

Vt vix noui quicquam possit afferri: Pa-  
tieris ne morbo veteri, vetus remedium  
adhiberi? F. Vt libet. A. Age ergo, famem  
ne an sitim, frigusue perpeti cōpulit pau-  
pertas? F. Nondum eousque fortuna fœuit  
mea. A. At quām multis ista quotidiana  
sunt. F. Aliud adhibe remedium si potes,  
me quoniā ista nil adiuuant, non enim  
ex illis sum, quos in malis suis calamito-  
sorum & circumlugentium delectat exer-  
citus, nec minus interdum alienis, quām  
propriis miseriis ingemisco. A. Nec ego,  
vt delester: sed vt soletur expecto, doceat-  
que aljenas cernentem fortunas, suis ēſſe  
contentum. Neque enim omnes primum  
tenere locum possunt. Alioquin, quomo-  
do primus erit, nisi quem secundus sequi-  
tur? bene yobiscū agitur mortales, si non  
in extrema reiecti, de tām multis fortunæ  
ludibriis, tantūm mediocria pertulisti,  
quāquam & extrema perpessis suis qui-  
busdam acrioribus remediis succurrēdum  
est, quibus tu potens æger es minime me-  
diocri læsūs asperitate fortunæ. Sed hoc  
est, quod vos in has præcipitat ærumnas,  
propriæ quilibet sortis oblitus, superum  
mente locum agitat, quem quoniā vt dixi  
nequeunt omnes apprehendere, clufis co-

80 FR. PETRARCH. DE

natibus subit indignatio, quod si summi  
status miserias agnoscet homines, quem  
exoptant per horrescerent, idque illorum  
probatur testimonio, quos ad summa rerum  
fastigia multis laboribus euctos vidi-  
mus, & votorum mox suorum nimis faci-  
lem exitum execrantes, quod & si omnibus  
notum esse debeat, tibi tamen præcipue,  
longa cui experientia persuasum est, om-  
nem, status altissimi, laboriosam atq[ue] sol-  
licitam & prorsus miserabilem esse fortu-  
nam, ita sit, ut nullus querimoniæ gradus  
vacet, dum & optata cōsecuti, & repulsi  
iustum lamentandi causam præ se ferunt.  
Illi se decepitos, hi se neglegatos cōstatim:  
sequere igitur Senecæ consilium, cum a-  
spexeris quot te antecedunt cogita, quo te  
sequantur. Si vis gratus esse aduersus  
Deum, & aduersus vitam tuam, cogita quām  
multos antecesseris, & ut eodem loco air,  
idem & finem constitue, quem transire ne  
possis quidem si velis. F. Constitui pridem  
desiderijs meis finem certum, & nisi fallor  
modestissimum, at inter procales impuden-  
tesq[ue] saceruli mei mores, qui modestiæ lo-  
cus est, socordiam atq[ue] segnitiem vocant.  
A. Potens ne igitur est, animi tui statum,  
vulgaris aura cōuellere, quæ nunquam re-

ctum.

CONT. MVNDI. Dial. II. 81

Etum iudicat, nūquam res suis nominibus  
vocat, aut illam si ritè recolo spernere so-  
lebas. F. Nunquā, mihi crede, magis spre-  
ui, non pluris facio, quid de me vulgus æ-  
stimet, quām qui brutorum greges ani-  
mantium. A. Quid ergo? F. Molestè fero,  
quod cum nullus ex coetaneis meis, quem  
ego nouerim modestiora cōcupiuerit, ne-  
mo difficultius ad concupita profectus est,  
summum nempè nunquam me locum ex-  
optasse, restis hæc nostra simul & omnium  
spectatrix quæ cogitationes meas semper  
introspecti nouit, quoties humani more  
ingenij, per omnes statuum gradus mente  
discurrerem, nunquam tranquillitatem il-  
lam ac serenitatem animi, quām rebus o-  
mnibus præferendam arbitror, in supremo  
fortunæ culmine positam agnouisse. Ideo-  
que & curarum & sollicitudinū refertam  
vitam, exhorrentem mediocria, sobriè se  
semper iudicio prætulisse, nec verbo solū,  
sed mente etiam Horatianum illud ap-  
probasse:

*Auream quisquis mediocritatem  
Diligit, tunc caret obsoleti,  
Sordibus tecti: caret insidåque  
Sobrius aula:  
Nec minus mibi ratio placuit, quā dictū*

F. I.

## 32 FR. PETRARCH. DE

*Sepius venis agitatur ingens  
Pinus, & celsæ graniore casu  
Decidunt iurres feriuntque summos,  
fulgura montes:*

Haec profecto mediocritatem, nunquam  
mihi contigisse doleo. A. Quid si que-  
putas mediocria sup' à te sunt? quid si ve-  
ra mediocritas iampride in contigit? quid  
si abunde contigit? quid si illam longè  
post tergum reliquisti, & multò pluribus  
inuidiæ, quam contemptus materiæ præ-  
bes. F. Et si ita esset, mihi tamen contrari-  
um videtur. A. Peruersam opinionem ma-  
lorum omnium, sed huius præcipue cau-  
sam esse non ambigitur, ab hac igitur cha-  
rybdi, omnium, ut ait Tullius, remorum  
ac velorum auxilio fugiendum est. F. Vnde  
me fugere, quæde proram tendere, quid  
denique opinari iubes, nisi quod video? A.  
Vides ubi oculos intendisti, ac si retrò re-  
spicias, videbis innumerabilem turbam  
sequi, tæque primo agmine, aliquando  
proximiorem esse quam ultimæ, sed timor  
animi rigorque propositi non permittunt  
oculos in tergum fl. & tere. F. Deflexi, cum  
interdum multosque post me venire per-  
pendi, neque sortis mæt puderet:

*Sed curarum piget ac paenitet tantarum.*  
Quod

CONT. MVNDI. Dial. II. 83

Quod ut eiusdem Horatij verbo vtar:

*Fluitem dubia spe pendulus hore.*

Si haec anxietas tollatur, quantum habeo:  
abundè sufficiat, dicānque æquanimiter,  
quod eodem loco ait:

*Idem quid credis amice precari.*

Sit mihi,

*Quod nunc est etiam minus ut mihi vitam:*

*quid super est ani?*

*Si quid superesse volunt Di.*

Ego semper dubius futuri, semper animo  
suspensus, nullam ex fortunæ muneribus  
dulcedinem capio, adhuc ut vides hasten-  
sus alii viuo, quod miserrimum ex om-  
nibus est; atque utinam vel senectutis mi-  
hi reliquæ contingant, ut qui procello-  
los inter fluctus vixerim, moriar in portu:

A. Tunc igitur in tanto rerum humana-  
rum turbine, tanta varietate successuum,  
tantaque caligine futurorum (& ut brevi-  
ter dicam) sub Imperio positus fortunæ,  
solus ex cunctis hominum millibus, cura-  
rum vacuam ætatem ages? vide quid cu-  
pias mortalis, vide quid postules? quod ve-  
ro non tibi te vixisse conquereris, non  
inopiae, sed seruitutis est, quam licet (ut tu  
idem assertis) miseriam esse confitear, ta-  
metsi circunspectis, paucissimos homines

F. ij.

Sibivixisse reperies: nam & hi qui putantur  
felicissimi, & quibus innumerabiles vi-  
uunt, se ipsos simul aliis viuere, vigilia-  
rum & laborū assiduitate testantur. Quid  
enim (vt supremo te commoueri faciam  
exemplo) Julius Cæsar, cuius illud verum,  
licet arrogans dictum est: Humanum pau-  
cis genus viuit, nunquid postquam eō ge-  
nus redegerat humanum, vt ibi viue-  
ret, ipse interim aliis viuebat, interrogá-  
bis fortasse quibus? iis nimirum, à quibus  
occisus est, de Bruto vel Cimbro cæteris.  
que perfidæ cœiurationis auctoribus, quo-  
rum cupiditates explere non valuit, tan-  
ti munificentia largitoris. F. Mouisti ani-  
mum fateor, vt iam nec seruum me, nec  
inopem indigner. A. Indignare potius te  
non esse sapientem, quod vnum & liber-  
tatem & veras diuitias præstare potuisset:  
cæterum quisquis causarū absentia æquo  
ferens animo, effectus non adesse conque-  
ritur, nec causarum certam tenet ille ratio-  
nem nec effectuum: exequere autē nun-  
quid te premit, præter hæc quæ dicta sunt,  
corporis ne fragilitas, an latens molestia?  
F. Nempe corpus hoc onerosum semper  
fuit, quoties me ipsum contemplatus fui,  
at cum alienorū grauedinem corporū re-  
spexi,

CONT. MVNDI. Dial. II. 83

spexi, satis obediēs me mancipium habere  
fateor, possem idem vtinam, & de animo  
gloriari, sed ille imperat. A. Vtinā rationis  
ipse subditus Imperio, sed ad corpus re-  
deo, quod in eo molestum experiris? F.  
Nihil equidem, nisi communia quædam,  
quod mortale est quod suis doloribus im-  
plicat, mole prægrauat, somnum suader  
spiritu vigilante, aliisque necessitatibus  
subigit humanis, quas enumerare & lon-  
gum & inançenum est. A. Compone ani-  
mum precor, tēque hominem esse recor-  
date, licet anxietas ista cessauerit, si quid  
præter hoc angerit exquire. F. Illa ne ti-  
bi inauditum est fortunæ nouercantis im-  
manitas, cum vno die me spe-que & opes  
meas omnes, & genus & domum impulsu  
stravit impio. A. Video oculorum tuorum  
scatebras, ideoque prætero, neque enim  
nunc docendus sed admonendus es, vnum  
igitur hic admonuisse sufficiet. Si enim  
non priuatarū modò familiarum, sed no-  
tissimas tibi Regnorū ex omnibus seculis  
recoleas ruinas, nō nihil tibi Tragediarum  
lectio profuerit, vt non pudeat tugurio-  
lum tuum cum tot Regis ædibus confla-  
grasse, procede modò, hæc enim partius  
dicta, speciosius tibi ruminanda seruabis:

F. 113, 17. 10. 16.

•86 FR. PETRARCH. DÉ

F. Quis vitæ meæ tædia & quotidianū fa-  
stidium sufficienter exprimat, mœstissimā  
turbulentissimamq; orbem terrarum om-  
nium angustissimam atque vltimam sen-  
tinam, & totius orbis sordibus exudan-  
tem? quis verbis æquet, quæ passim nau-  
seam concitent grauem, oientes semitas  
permixta rabidis canibus, obscenas sues  
& rotarum muros quatricētum stridorem,  
aut trālueras obliquis itineribus quadri-  
gas, tam diuersas hominum species, tot  
horrenda mendicantū spectacula, tot di-  
uitū furores, illos mœstitia deuictos, hos  
gaudio lasciuiaque fluitantes, tam deniq;  
discordantes animos, artesque tam varias,  
xantū confusis vocibus clamorem, & po-  
puli inter se anxietatis incursum? Quæ o-  
mnia & sensus melioribus assuetos confi-  
ciunt, & generosis animis eripiunt quietem,  
& studia bonarū artium interpellant?  
Itaque me Deus ex hoc naufragio, puppe  
liberat illæsa, ut ego sxpè circuspiciens, in  
infernum viuens descendisse mihi videor,  
In nunc & honestis cogitationibus incube:  
In nunc & versus tecum compone canoros  
A. Hic me Flacci versiculus, quid potissi-  
mum lamēteris admonuit, doles quod im-  
portunū studiis tuis locum naetus es, quo-  
diam ut ait idem: Scri-

CONT. MVNDI. Dial. II. 87

Scriptorum chorus omnis amat nemus &  
fugit vybes.

Tuque ipse in epistola quadam, eandem  
sententiam verbis aliis expressisti:

*Sylva placet Musis, urbs est inimica poëtis.*  
Quod si vñquam intrestinus tumultus ruæ  
mentis conquiesceret, fragor iste circum-  
tonans (mihi crede) sensus quidem pulsar-  
et, sed animum non moueret: at ne nota  
pridem auribus tuis ingeram, habes Sene-  
ca de hac re non inutilem epistolam, ha-  
bes & librum eiusdem de Tranquillitate a-  
nimí, habes & de tota hac mētis cęritudine  
tollenda, librum M. Ciceronis eḡegium,  
quem hesternę diei disputationib⁹, in Tu-  
sculano suo habitis ad Brutum scripsi. F.  
Singula hic hand negligenter legisse me  
noueris. A. Quid ergo, nihil ne profuerit  
F. Immò vero inter legendum plurimum,  
libro autem è manib⁹ elāpto, assensio si-  
mul omnis intercidit. A. Cōmuniis legen-  
tium mos est, ex quo monstrum illud ex-  
ecrabile literatorū passim flagitiosissimos  
errare greges, & de arte viuendi multa, li-  
cet in Scholis disputentur, in acta paucum  
conuerti: tu vero si suis locis notas certas  
impresseris, & fructum ex lectione percipi-  
cias. F. Quas notas. A. Quoties legenti  
F. iiiij.

salutares sese offerunt sententiæ , quibus  
vel excitari sentis animum vel frænari, no-  
niviribus ingenij fidete, sed illas in memo-  
riæ penetrabilibus absconde, multoq; stu-  
dio tibi familiares effice: Ut quod exper-  
ti solent Medici, quocunque loco vel tem-  
pore, dilatationis impatiens morbus inua-  
xit, habeas velut in animo cōscripta reme-  
dia. Sunt enim quædam sicut in corpori-  
bus humanis, sic in animis passiones, in  
quibus tam mortifera mora est, ut qui di-  
stulerit medelam, spem salutis abstulerit;  
quis enim ignorat ( exempli gratia ) esse  
quosdam motus tam præcipites, ut nisi eos  
in ipsis exordiis ratio frænauerit, animum  
corpusque, & totum hominem perdant, &  
serum sit, quicquid post tempus apponi-  
tur. In quibus primum obtinere locū reor  
iram. Cui non frustra rationis sedem su-  
perposita esse diffiniūt hi, qui in tres par-  
tes animam diuiserūt: Rationem in capi-  
te velut in arce, iram in pectore, Concupi-  
scientiam subter præcordia collocantes, ut  
scilicet præstò sit, quæ subiectarū pestium  
violentos impetus repente coerceat, & ex  
alto velut receptui canat, quod frænum,  
quia iræ magis necessariū erat, illi vicinior  
ita est. F. Consulte equidem, quod vt me

non

CONT. MVNDI. Dial. II. 89

non tam ex Physicis, sed ex Poëticis etiā  
scripturis eliciisse prouideas, per illorum  
ventorum rabiem, quam Maro describit,  
speluncis abditis latitantem, superiectos  
que montes, & Regem in arce sedentem,  
atque illos Imperio mitigantem, Iram at-  
que impetus animi posse denotari, mecum  
sæpè cogitavi, in profundo scilicet pecto-  
ris deferuentes, qui nisi coercentur ratio-  
nis fræno (ut ibidem legitur)

Maria ac terras calumque profundum:

Quippè ferant rapidi secum verrantque per  
auras.

Per terras enim quid nisi terream corpo-  
ris materiam, per maria quid nisi humo-  
rem quo vivitur, per cœlum verò profun-  
dum, quid nisi interiori loco habitantem  
animam intelligit? cuius (ut alio loco ait  
idem) igneus est vigor, & cœlestis origo:  
quasi dicaret, corpus atque anima, & bre-  
uiiter totum hominem cui dominabun-  
tur, in præcipitium agent, ex aduerso au-  
tem montes regemque præsentem quid  
nisi capit is arcem & rationem esse, quæ  
illuc inhabitat? sic enim ait:

Hinc vasto Rex Aeolus antro,

Luctantes ventos tempestatesque sonoras

Imperio premis & vinculis accarece frenas.

*Illi indignates magno cum murmure motis.  
Circum claustra fremunt summa sedet  
Æolus arce,  
Sceptra tenens.*

Hæc ille. Ego autem singula verba discutiens, audiui indignationem, audiui luctamen, audiui tempestates sonoras, audiui murmur, ac fremitum, hæc ad iram referri possunt, audiui rursus Regē in arce sedentem, audiui sceptra tenentem, audiui Imperio trementem, & vinculis ac carcere frænantem, quæ ad rationem quoque referri posse quis dubitet? attamen ut de animo atque ira animum turbante, dicit omnia constaret, vide quid addidit:

*Mollitque animos & temperat iras  
A. Laudo hæc, quibus abundare te video poëticæ narrationis arcana, siue enim id Virgilius ipse sensit dum scriberet, siue ab omni tali consideratione remotissimus, maritimam his versibus, & nil aliud describere voluit tempestatem, hoc tamē de irarum impetu, & rationis imperio dististi facere satis, & propriè dictum puto: sed vnde discesseram reuertar, & aduersus iram, & aduersus reliquos motus, præcipue aduersus hanc, de qua loquimur pestem, aliquid semper excorita, quod cum*

CONT. MVND I. Dial. II. 91

Necum intenta tibi ex lectione contigerit.  
Imprime sententiis vñibus (vt incipiens  
dixeram) certas notas, quibus velut vñcis  
memoria volentes abire contineas: hoc  
equidem præsidio consistes immobilis,  
tum aduersus cætera, tum contrâ animi  
tristitiam, quæ vmbra velut pestilentissi-  
ma virtutum semina & omnes ingeniorū  
fructus enccat. In qua postremo, (vt ele-  
gantes ait Tullius) scons est & caput miser-  
iarum omnium. Profecte autem si alios,  
tēque diligenter simul excusleris (omis-  
sōque quod nullus hominum est, cui non  
multa sint lugendæ causæ, omisso præ-  
terea quod dilectorum tuorum recorda-  
cio, iure mœstum & sollicitum facit, quod  
vnum mœstitiæ genus salutare est, modò  
desperatio non surrepat) multa tibi diui-  
nitus concessa fateberis, quæ inter turbas  
querulorum atque gementium, consolan-  
di gaudēdique materiam præstare queāt.  
Nam in eo quod tibi nondum vixisse que-  
reris quod due tumultus urbiuum, stoma-  
chorum & maximorum hominum simi-  
lis querela, & illa cogitatio, quod tua spō-  
te in hos incidentis affractus, tuaque spon-  
gere si omnino velle cœperis, possis emer-  
gere, non parum tibi conferrent solamen,

## 92 FR. PETRARCH. DE

vbi & consuetudo longior profuerit, si  
strepitum populorum velut cadētis aquæ  
sonitum, aures tuas edomueris, cum dele-  
statione percipere. Id autē, vt dixi, facil-  
lime consequeris, si tu æ primus mentis  
compescueris tumultus, pectus enim se-  
renum & tranquillum, frustrâ vel peregrin-  
æ circumeunt nubes, vel circumtonat  
extremus fragor, itaque velut insistens  
sicco littore tatus, aliorum naufragium  
spectabis, & miserabiles fluitantium vo-  
ces, tacitus excipies, quantumue tibi turbidum  
spectaculum compassiones attulerit, tantum gaudij afferet propriæ sortis  
alienis periculis collata securitas, ex quibus  
omnem animi tristitiam, te iam iam  
depositurum esse confido. F. Quanquam  
multa me vellicent, atque illud in primis,  
quod vrbes relinqueré, quasi rem facilem  
mei censes arbitrij, tamen quia in multis  
me ratione superasti, volo & hic prius  
quam deiciar, arma deponere. A. Potes  
ergo iam tristitia relegata, cum fortu-  
na tua in gratiam redire. F. Possum v-  
tique si modò aliquid est fortuna. Nam vt  
vides, inter Graium & nostrum Poëtas,  
hac de re tanta dissensio est, vt cum ille  
fortunam in operibus suis nusquam no-  
minare

minare dignatus sit, quasi nil eam esse crederet, hic noster & s<sup>x</sup>pē eam nominet, & quodam in loco omnipotentem eam etiā vocet: cui sententia & Historicus ille nobilis fauet, & orator egregius. Nam & Cripus Salustius, dominari profecto, ait, in re qualibet fortunam, & Marcus Tullius, humanarum rerum dominam asseuerare, non timuit. Ego autē quid sentiam, aliud forte tempus ac locus aliter fuit dicendi: quod verò ad incēptum attinet, eousque mibi profuit admonitio tua, vt me ipsum cum maiore parte hominum conferenti, non tam miser (vt solebat) status meus apparet. A. Gaudeo, si quid tibi profui, cupiōque prodesse cumulatiū, sed quoniam satis hodiernum colloquium processit, poterisne, quæ restant in diem tertium differri, atque ibi finem statui. F. Ego verò numerum ipsum ternarium tota mente complector, non tām quia tres eo Gratia continentur, quām quia Diuinitatī amicissimum esse constat, quod nō tibi solum aliisque veræ Religionis Professoribus persuasum, quibus est omnis in Trinitate fiducia, sed ipsis etiam gentium Philosophis, à quibus traditur, vt nos hoc numero in cōsecrationibus Deorū. Quod

94 FR. PETRARCH. DE  
nec Virgilius meus ignorasse videtur, vbi  
aīt:

Numero Dens impare gaudet.  
De ternario enim loqui eum, præcedētia  
manifestant: tertiam igitur deinceps ma-  
nibus tuis partem huius tripartiti munē-  
sis exspecto.

### DIALOGVS III.

A V E.

**S**I quid hactenus sermo tibi meus con-  
sulit, oro obtestorque ut te facilē hau-  
riendis quæ super sunt præbeas, conten-  
tiosumque ac reluctantem animū depo-  
nas. F. Factum puta, sentio enim me tuis  
monitis, magna solitudinum nrearum  
parte liberatum, eoq; paratior ad reliqua  
audiēda trā/gredior. A. Nondum intraclā-  
bilia & infixa visceribus vulnera tua con-  
vigi, & contingere metuo, recolens quan-  
tum altercationis expresseritque relatum  
leuior contactus. Spero autē ex aduerso,  
collectis viribus, animū fortiorē, asperio-  
ra deinceps æquanimius latrū. F. Nil me-  
tuas, iam assurui, & morborū meorū no-  
men audire, & Medici manus auxiliū pati.

A. Due-

CONT. MVNDI. Dial. III. 95

A. Duabus adhuc adamantinis dextra lxx  
uáque premeris catenis, quæ neq; de mor-  
te, neq; de vita sinunt cogitare, has semper  
extimai, ne te in interitum agerent, nec  
dum quidem securus sum, nec prius ero,  
quàm te solutum ac liberum illis effractis  
abiectisque videro, neque enim reor im-  
possibile, sed profectò difficile, alioquin  
frustrà circa impossibilia versarer. Est au-  
tem ut in adamante frangendo, hic cinū di-  
cunt (sic in huiuscemodi duritiae curarum  
mollienda) sanguis ille mirum in modum  
efficax, qui cum cor asperum contigerit,  
frangit ac penetrat. Tamē id metuo, quo-  
niam in hac re, tuo simul opus est allenſu,  
quem ne præstare possis, siue vi dicam ve-  
zius, ne velis multum vereor, ne ipſa cate-  
narum circumradians atque oculos mul-  
cens fulgor impediatur, ne fortè contingat,  
quod euenturum suspicor, si auarus quis-  
piam aures catenis vincitus, in carcere te-  
neretur, solui etiā veller, sed catenas nolle  
mittere, tibi autē ea carceris indicta lex  
est, ut nisi catenas abieceris, solutus esse nō  
possis. F. Heu mihi miserior erā quām pu-  
tabam, duæ ne nunc etiam illa queant ani-  
mum catenæ, quas ego non agnoscō. A.  
Immò vero clarissimè, sed earum pulchrit̄

tudine delectatus, non catenas sed diuini-  
tias arbitraris, euenitque tibi (vt simili-  
tudine verser in eadem) non aliter, quam  
si quis aureis manicis atquo compedibus  
tentus, aurum latus aspiceret, sed laqueos  
non videret: Tu quoque nunc captis oculis,  
quæ te vincunt vides, sed ò cœctas, ipsis  
ad mortem trahentibus vinculis delecta-  
ris, quodque est omnium miserrimū, glo-  
riaris. F. Quæ nam sunt quas memoras ca-  
tenæ? A. Amor & gloria. F. Proh Superi,  
quid audio? has tu ne catenas vocas, has  
quoque si patiar excuties. A. Hoc melior  
sed incertus de eventu: reliquæ enim om-  
nes, quibus tenebaris & fragiliores erant  
& inamoeniores: Ideoque dum confringe-  
rem fauisti, hæ autem nocendo placent, ac  
fallunt quadam spe decoris, ideoque plus  
negotij subest, reluctaberis enim ceu sum-  
mis te bonis spoliare te velim, aggrediar  
tamen. F. Quando ego de te talia me-  
rui ut speciosissimas mihi curas velles e-  
ripere, & tenebris damnare perpetuis  
serenissimam animi mei partem? A. Ha-  
miser, an tibi Physica illa vox excidit:  
rum cōsummatum fore miseriarū cumu-  
lum, cum opinionibus falsis, persuasio-  
fune-

## CONT. M V N D I Dial. III. 97

fonestia succrescit, ita fieri oportere. F.  
 Haud quaquam excidit, sed proposito re-  
 mota sententia est. Cur enim non ita fieri  
 oportere arbitrē? atq; nihil vñquam re-  
 Etius arbitratus sum, Quām esse hos nobis  
 lissimos, quos mihi obuiis affectus. A. Se-  
 gregemus hic tantisper, dum remedii cō-  
 quirendis iubio, ne dum hue illuc distra-  
 hor, fragiliorē impetu ferar ad singula.  
 Dic ergo, quoniam prius amoris mentio  
 facta est: Nonne hanc omnium extremam  
 ducis insaniam. F. Nequid veritati subtra-  
 ham, pro diuersitate subiecti, amorem vel  
 deterrimam animi passionem, vel nobilis-  
 simam actionem dici posse censeo. A. Ne  
 res egeat exemplo aliud in medium pro-  
 fer. F. Si infamem turpemque mulierem  
 ardeo, insanissimus ardor est, si rerum ali-  
 quod specimen virtutis allicit, inque illud  
 amandum venerandumque molitus sum,  
 quid putas, nullumue tam diuersis in re-  
 bus statuis discrimen, adeo ne pudor om-  
 nis euanuit: ego vero vt ex me aliquid lo-  
 quar, sicut primum graue & infauustum a-  
 nimī pondus astimo, sic secundo vix quic-  
 quam reor esse felicius, quod si tibi con-  
 trarium forsitan videtur, suam quisque  
 sententiam sequatur, est enim vt nosti o-

G. j.

## 98 FR. PETRARCH. DE

pinionum ingens veritas libertasq; iudi-  
 candi. A. In rebus cōtrariis, opinio diuer-  
 sa, veritas vna atque eadem semper est. F.  
 Istud quidem ita esse fateor: sed hoc est  
 quod transuersos agit, opinionibus anti-  
 quis in hęremus pertinaciter, nec facilè di-  
 uellimur. A. Utinam rām recte de tota a-  
 moris quæstione sentires, vt de hoc sentis  
 articulo. F. Quid multa? rām recte senti-  
 re mihi videor, vt contra sentientes insa-  
 nire non dubitem. A. Inueteratum men-  
 daciū pro veritate ducere, nouiterq; cō-  
 pertam veritatē aestimare mendaciū, vt  
 omnis rerum auctoritas in tēpore sita sit,  
 dementia summa est. F. Perdis operam,  
 nulli erediturus sum, succurritq; illud Tul-  
 lianum: Si in hoc erro, libenter erro: neq;  
 hunc errorē auferri mihi volo dum viuo.  
 A. Ille quidē de animæ immortalitate lo-  
 quens, opinionem pulcherrimā omnium,  
 ac volens, quām nihil in ea dubitaret quā-  
 quam contrarium audire nolleret, huiuscē-  
 modi verbis usus est. Tu in opinione fe-  
 dissima atque falsissima, iisdem verbis ab-  
 uteris. Profectō enim & si mortalis esset au-  
 nima, immortalem tamē aestimare melius  
 fore, errorque ille salutaris videri posse,  
 virtutis incutiens amorem, quaꝝ quamvis

etiam

CONT. MVNDI. Dial. III. 99

etiam spe præmij sublata, per se ipsam ex-  
petenda sit, desiderium tamen eius, procul  
dubio proposita animæ mortalitate, len-  
tesceret. Contráque licet mendax futuræ  
vitæ promissio, ad excitandū animos mor-  
talium, nō inefficax videtur, tibi verò quid  
allaturus error iste tuus sit vides, nempe in  
omnes animum præcipitatus insanias,  
vbi pudor & metus, & quæ frænare solet  
imperius rationis, ac cognitio veritatis ex-  
ciderint. F. Dixi iam quod operam perde-  
res. Ego enim nihil vñquam turpe, immo  
verò n̄ si pulcherrimū amasse me recolo.  
A. Etiā pulchra turpiter amari posse cer-  
tum est. F. Nec in nominibus certè, nec in  
aduerbiis peccavi, sedine iam amplius in-  
flectari. A. Quid ergo, vis ne ut Phrenetici  
quidem solent, inter iocos & risus expira-  
re in animo miserabiliter ægrotanti, adhuc  
aliquid remedij adhibete manus. F. Non  
respuo remedium quidem, accedat si me  
ægrum mōstraueris: bene valentibus au-  
tem remediiorum inculcatio sàpè funesta  
est. A. Conualescendo tu quidem, quod  
multis accedit, te grauiter ægrotasse fate-  
beris. F. Ad postremum spreuisse nequeo,  
cuius & sàpè alias, & his præsertim proxim-  
nis diebus, sana consilia sum expertus.

G. 11

Perge igitur. A. Primum ergo vnam hanc  
mihi veniam tribui velim, si cogente ma-  
teria, aduersus delicias tuas, aliquid fortal-  
fis infelctus fuero. Iam enim hoc preuideo,  
quam grauiter in auribus tuis sonatura sit  
veritas. F. Antequā incipias, Audi paulu-  
lum, scis ne de quo loquendum tibi sit? A.  
Diligenter mihi praeuisa sunt omnia, de  
muliere mortali sermo nobis instituitur,  
in qua admiranda colendāq; te magnā æ-  
tatis partem consumpsisse doleo, & in tali  
ingenio, tantam & tam longauā insaniam  
vehementer admiror. F. Parce conuictis  
precor, mulier mortal is erat & Thais & Li-  
via, cæterū scis ne de ea muliere mentione  
tibi exortā, cuius mens terrenarum nescia  
curarū cœlestibus desideriis ardet. In cu-  
jus aspe ctū, si quid vsquam veri est, diuini  
specimē decoris effulget, cuius mores cō-  
summatæ honestatis exemplar sunt. Cuius  
nec vox, nec oculorum vigor mortale ali-  
quid, nec incessus hominem repræsentat,  
hic quælo iterum atq; iterum cogita, cre-  
do quibus verbis vtrendum sit, intelliges.  
A. Ha demens, ita ne flamas animi, in  
sextum decimum annum fassis blanditiis  
alusti, profectō non diutius Italiæ famo-  
sissimus, Hannibal incubuit, nec cerebro-  
res

CONT. MVNDI. Dial. III. 103

res illa nunc armatorum impetus passa  
est, nec validioribus arsit incendiis, quam  
tu his temporibus violentissimæ passio-  
nis flammæ atque impetus pertulisti. In-  
uentus tamen est, qui illum tandem abi-  
re compelleret Hannibalem, tuum quis  
ab his vñquam cœu cibis auerteret? Si  
tu eum & exire vetas, & vi tecum maneat  
sponte iam serius inuitas, malo proprio  
dele etaris infelix, atque oculos illos, vs-  
que tibi in periculum placentes, suprema  
clauserit dies, cum effigiem morte varia-  
tam, & pallentia membra conspexeris, pu-  
debit animum immortalem, caduco ap-  
plicuisse corpusculo, & quo nunc tam  
pertinaciter astruis, cum rubore recorda-  
beris. F. Auertat Deus omen; ego ista non  
videbo. A. Evidem necessariò euentura  
sunt. F. Scio, sed tamen inimica mihi sunt sy-  
dera, vt naturæ ordinem in hac morte  
perturbant, prius intraui, prius ingrediar  
A. Meministi credo temporis illius, quo  
contrarium timuisti, & quasi iam mortuæ  
amicæ fusereum carmē dictante tristitia  
ecceinisti. F. Memini certè sed dolui, & ad-  
huc recolens contremisco, indignabarque  
me nobiliori velut animæ meæ parte trū-  
catū, illi esse superstite, quæ dulcem mihi

C. iii.

## 102 FR. PETRARCH. DE

vitā, sola sui præsentia faciebat, hoc enim  
 Carmen illud deflet, quod tunc multo la-  
 chrymarum imbre respersum excidit mihi,  
 sententiam memini, si verba tenerē. A.  
 Non hoc queritur, quantum tibi lachry-  
 marum mors illius formidata, quantūm-  
 ve doloris inuexerit, sed hoc agitur, ut in-  
 telligas, quæ semel cōcussi, posse formi-  
 dinem reuerti, & que facilis, quod & o-  
 mnis dies ad mortem proprius accedit, &  
 corpus illud egregium, morbis ac crebris  
 perturbationibus exhaustum multū pri-  
 stini vigoris amisit. F. Ego quoque & curis  
 grauior, & aetate proiectior factus sum,  
 itaque illa ad mortem appropinquante  
 præcucurri. A. O furor, ex nascendi ordine  
 ordinem mortis arguere: quid enim aliud  
 orba senectus queritur parentum, nisi  
 adolescentium filiorum festinatas mortes?  
 quid anno se lugent aliud nutrices, nisi  
 infantium suorum anticipatum tempus,  
 Quo dulcis via exortes, & ab iubere raptos,  
 A. stulte atra dies, & funere meritis acerbo,  
 Si vero paucorum numerus annorum,  
 quo illam præcedis, spem tribuit vanilli-  
 maria, prius te quam furoris tui somitem  
 esse moritum, & hunc naturæ ordinem  
 zibi singis immobilem. F. Non usq; adeo

im-

CONT. M VNDI. Dial III. 103

immobilem, ut contrarium fieri posse sim  
nescius, sed assidue ne idem adueniat pre-  
cor, semperq; de eius morte cogitati suæ  
currit iste versus Ouidij:

Tarda sit illa dies & nostro senior euo.

A. Has inceptias amplius audire non va-  
leo, quid enim quando præ mori illam  
posse non ignorat, quid illa moriente di-  
cturus es? F. Quid dicturus aliud, nisi me  
præsente calamitate miserrimum? solam  
men verò ex recordatione transacti tem-  
poris habiturum, rapiant venti tamen ista  
quæ loquimur, & targant augurium pro-  
cellæ. A. O cæce, nec dum intelligis quan-  
ta dementia est, sic animum rebus subie-  
cisse mortalibus, quæ eum & desiderij flâ-  
mis accendant, nec quietate nouerint,  
nec permanere valeant in finem, & cre-  
bris motibus, quæ demulcere pollicentur,  
exrueiant. F. Si quid habes efficacius pro-  
fer, nunquam hoc me se: mone terrueris:  
neque enim vi putas, mortali rei animum  
addixi, ne me tam corpus noueris amasse  
quam animam, mortibus humana trans-  
cendentibus delectatum, quorum exem-  
pto, qualiter inter cælicoles vnuatur ad-  
moneo, itaque si (quod solo torquet au-  
ditus) me prior moriens illa desererer,

G. 1111

quid agerem interrogas, cum Lælio Romanorum sapientissimo proprias miseras consolarer, virtutem illius amavi, quæ extincta non est, hæc dicetem atque alia, quæ illum dixisse audio. post eius interitum, quem miro quodam amore dilexerat. A. Inexpugnabili erroris arce consistis, vnde te delucere non ociosus labor est, & quoniam ita te affectum video, ut multo sapientius sis, quicquid de te, quā quod de ipsa liberius dicetur, mulierculā tuam quam talibus cumules licebit: nihil enim aduersabor, sit regina, sit sancta, sit Dea certè,

*An Phæbi soror, an nympharum sanguinis una?*

Ingens tamen eius virtus, minimum tibi ad excusationem erroris conferret. F. Quid noui litigij ordinaris experior. A. Dubitari non potest, quin pulcherrima sæpè turpiter amentur. F. iam ad hæc suprà respondum est: si enim amoris in me regnatis facies cerni posset eius vultus (quem licet multum tamen debito parcus laudau) non absimilis videretur, hæc mihi coram quo loquimur testis est, quod in amore meo nil vñquam turpe, nil obscenum fuerit, nil denique præter magnitudinem

CONT. MVNDI. Dial. III. 105

dinem culpabile. Adde modum, nihil  
pulchrius excogitari queat. A. Possum  
tibi Tulliano verbo respondere: Modum  
tu quæris vitio. F. Non vitio sed amori,  
A. Et ille cū id diceret, de amore loqueba-  
tur, locum tenes. F. Quidni in Tusculano  
hęc legi, verū ille de cōmuni amore homi-  
num sentiebat, in me autē singularia quę  
dā sunt. A. Enim uerò idem de se aliis for-  
tasse videatur, verūq; est, tum in aliis, tum  
in hac præcipuę passione, quod vnuſquis-  
que suarum rerum est benignus interpres:  
nec inep̄ illud, à plebeio hęc quodam  
Poeta diētū laudatur:

*Suum cuique sponſ' am, mihi meam,*

*Suum cuique amorem, mihi meum,*

F. Visne si tēp̄sus suppetit pauca de multis  
exponam, quę te in admirationem stu-  
per̄sime compellant? A. Me ne putas ig-  
norare,

*Quęd qui amant ipſi ſibi ſomnia ſingunt?*  
Om̄ib⁹ Scholis notissimum carmen eſt:  
cæterum ex ore eius piget has infantias  
audire, quem decet altius & sapere & lo-  
qui. F. Vnum hoc (eu gratitudini ſeu in-  
ep̄iaſcē aſcribendum) non fileo, me quan-  
tulumcunque conſpicis, per illam eſſe,  
nec vñquam ad hoc, ſi quid eſt nominis

aut gloriae fuisse venturū , nisi virtutū te-  
nuissimam sementem , quam pectore in  
hoc natura locauerat , nobilissimis his af-  
fectibus coluisset . Illa iuuenilem animum  
ab omni turpitudine reuocauit , vncōque  
ut aiūt , retraxit , atque alta compulit spe-  
ctare , quid nī certum enim est amorem in  
amatos mores transformare , atqui nemo  
vnquam tam mordax conuictior inuen-  
etus est , qui huius famam canino dente cō-  
tingeret , qui dicere auderet ( ne dicam in  
actibus eius sed in gestu verborū ) repre-  
hensibile aliquid se vidisse , ita qui nihil  
intactum liquerant , hanc mirantes vene-  
rantēsque reliquerūt : minimè igitur mi-  
rum est , si haec tam celebris fama , mihi  
quoque desiderium famæ clarioris attu-  
lit , laborēsque durissimos , quibus optata  
consequerer molliuit : quid enim adole-  
scens aliud optabam , quām ut illi vel soli  
placerem , quæ mihi vel sola placuerat ,  
quod ut mihi contingere spēris mille  
voluptatū illecebris , quod me ante tem-  
pus curis laboribūsque subiecerim nosti ,  
& iubes illam obliuisci vel parcus ama-  
re , quæ me à vulgi consortio segregauit ,  
quæ dux viarum omnium , torpenti inge-  
nio calcar admouit , ac semilopitum ani-

MUR

CONT. MVNDI. Dial. III. 107

mum excitauit. A. Infelix, quanto sa-  
tius fuerat racere quam loqui, quamuis  
enim vel in silentio talem te introrsus ar-  
spicerem, asseueratio tamen ipsa tam per-  
tinax, bilem stomachumque percussit. F.  
Cur quæso A. Quia falsum opinari igno-  
rantis est: falsum impudenter asserere, igno-  
rantis pariter & superbi. F. Quid me tam  
falsum vel sensisse vel pertulisse confirmas.  
A. Nepe vniuersa quæ memoras: primum  
omnium ubi ait, te quod es per illam esse,  
si sic intelligis. ut haec esse illa dederit me-  
tireris haud dubie: si vero sic vi non amplius  
esse permiserit, verum dicis. O quantum  
iurgium euadere poteras, nisi illa te for-  
mæ blanditiis retraxisset. Quod es igitur,  
naturæ bonitas dedit, quod esse poteras il-  
la præripuit, immo tu tibi potius abstuli-  
sti. Illa enim innocens est, forma quidem  
tibi visa est tam blanda, tam dulcis, ut in te  
omnem ex nativis virtutib[us] seminibus pro-  
uenturam segetem, ardentissimi desiderij  
extibus & assiduo lachrymarum imbre va-  
stauerit, quod autem te ab omni turpitudine  
illa retraxerit, falso gloriatus es, re-  
traxit forsan à multis, sed in maiores im-  
pulit ærumnas. Enim uero neque varijs for-  
dibus obscenam viam declinare monuit.

si in præcipitium perduxit, nec quæ minu-  
tiora sanans ulceræ, lætale interim iugulo  
vulnus inflixit: Liberasse potius quam oc-  
cidisse dicendum est, ita quoque quam tuam  
prædictas ducem, à multis te obsecens ab-  
strahens in splendidum impulit barathru.  
Quod verò alta spe &are docuit, quod se-  
gregauit à populo, quid aliud fuit, quam  
præsidentem sibi, & vnius captu dulcedine  
contemptorem rerum omnium, studiosè  
que negligenter reddidisse. Quo nihil in  
convictu hominum scias esse molestius.  
Iam quod innumeris illam te laboribus  
impluisse commenoras, hoc vnum verè  
prædictas. Quid autem hic tam magni mu-  
neris inuenias cogita, cum multiformes è  
nim sint labores, quos declinare non licet,  
quanta dementia est nouos sponte secta-  
ri? at quod famæ clarioris audum, per il-  
lam te factum gloriatis, compatiens errori  
tuo, siquidem ex animi tui sarcinis, nullam  
tibi funebrem esse monstrabo, sed non-  
dum eò peruenit oratio. F. Promptissimus  
dimicato cōminatur & vulnerat, ego au-  
tem & vulnerare & comminatione promo-  
ueor, & titubare iam grauiter incipio. A.  
Quād grauius titubabis, cum grauissimū  
vulnus inflixerō? Ista nempe quam prædi-  
cas,

cas, cui omnia te debere afferis, ista te per-  
emit. F. Deus bone, quibus mihi persua-  
debitur mod. s. A. Ab amore cœlestium  
elongauit animum, & à Creatore ad crea-  
turam desiderium inclinavit, quæ vna qui-  
dem ad mortem prænitor fuit via. F. Noli  
quæso præcipitate sententiam: Deum pro-  
fecto ut amarem, illius amor præstigit. A.  
At peruerit ordinem. F. Quonam modo?  
A. Quia cum creatum omne, creatoris a-  
more diligendum sit, tu contrà creature  
captus illecebris, creatorem non quoimo-  
do decuit amasti, sed miratus artificē fui-  
sti, quasi nihil ex omnib. formosius creas-  
set, cum tamen ultima pulchritudinum sit  
forma corporea. F. Hanc præsentem in  
testimonium euoco, cōscientiamq; meam  
facio contestem, me ( quod superius dixer-  
am ) illius non tam corpus amasse quam  
animam, quod hinc percipies licebit, quo-  
nam quo illa magis in ætate progressa est,  
( quid ed corporez pulchritudinis inelu-  
ctabile fulmen est ) et firmior in opinio-  
ne permansi, & si enim visibiliter, in vere  
flos traectu tēporis languesceret, animi de-  
cūs amplius augebatur, quin sicut aman-  
di principium, sic incepti perseverantiam  
ministravit: alioquin si post corpus abiis-

30 FR. PETRARCH. DE

sem iam pridem mutandi propositi tēpus  
erat. A. Me ne ludas? an si idem animus in  
squalido & nodoso corpore habitaret, si-  
milius placuisse? F. Non audeo quidem  
id dicere, neque enim animus certi potest,  
nec imago corporis talen spopondisset,  
ac si oculus appareret, amare profectò pul-  
chritudinem animi, deformè licet haben-  
tis habitaculum. A. Verborum queris ad-  
minicula: si enim, non nisi quod oculis  
apparet, amare potes, corpus igitur ama-  
sti, nec tamen negauerim animum quoq;  
illius & mores staminis tuis alimenta præ-  
buisse, nimirum cum (vt paulo post dicā)  
nomen ipsum non nihil, immo vel plurimum  
furoribus istis addiderit. Cum enim in o-  
mnibus animi passionibus, in hac præser-  
tim euenit, vt ex minimis fauillis, sœpe in-  
cendia magna consurgant. F. Video quo  
me cogas, vt scilicet cum Ouidio fatear:

*Animam cum corpore amavi.*

A. Hoc quoque quod sequitur fatearis ob-  
porter, neutrū te satis sobriè, neutrū  
amasse quomodo decuit. F. Torquenlus,  
tibi sum antequam fatear. A. Aliud quoq;  
te propter hunc amorem, in magnas con-  
cidisse miserias. F. Hoc quamvis aculeum  
fustuleris, non fatebor. A. Immò vero spō-

CONT. M V N D I . Dial. III. iii  
tē tua mox vtrunq; fateberis, nisi rationes  
meas interrogationsque neglexeris. Dic  
ergo: Meministi ne puerilium annorum,  
an verò præsentium turba sollicitudinū,  
memoria, omnis illius ætatis euanuit? F.  
Nempe infantia pueritiae, non aliter an-  
te oculos meos sunt, quam dies hesterna.  
A Meministi, quantus in illa ætate timor  
Dei? quāta mortis cogitatio? quātus Reli-  
gionis affectus? quantus amor honesta-  
tis? F. Memini profectō, doleōq; crescen-  
tibus annis decreuisse virtutes. A. Ego qui-  
dem semper extinxui, ne illum tām intē-  
pestiuum florem vernalis aura discuteret,  
qui si, integer illæsusque inansisset, mira-  
bilem fructum suis temporibus protulisi-  
set. F. Ne à proposito diuertas, quid enim  
hoc ad ea de quibus sermo nobis incœp-  
tus erat. A. Dicam, pereurre tecum tac-  
tus, quando integrum tibi sentis receten-  
que memoriam, percurre vniuersæ vi-  
tuꝝ tempus & vbi tanta morum varietà  
inceperit, recordare. F. En in istu oculi,  
trepidantis annorum meorum numerum  
seriemque recentui. A. Quid reperis igi-  
tur? F. Literæ velut Pythagoræ quam au-  
dimus, legi non inanem esse doctrinam.  
Cum enim recto tramite ascendens, ad bi-

112 FR. PETRARCH. DE  
uium peruenisse, modestus & sobrius &  
dexteram iuberer arripere, ad laeuam in-  
cautus dicam, aut cōtumax deflexi, neque  
enim mihi profuit quod sāpē puer legerā;

*Hic locus est, partes ubi se via findit: in am-  
bas.*

*Dextera qua Ditis magni sub mania dicit.  
Hac iter Elysum nobis at leua malorum,  
Exercet pēnas, & ad impia tartara mittit.  
Hæc nimurum quanquam ante legissim,  
non tamen prius intellexi quām expertus  
sum: Ex tunc autem obliquo sordidōque  
calle distractus, & sāpē retro lacrymans  
conuersus, dexteram iter tenere non po-  
tui, quod cum deserui, tunc profectō fue-  
rat illa morum meorū facta confusio. A.  
At qua nam hoc ætatis tuæ parte contige-  
rat. F. Medio sub adolescentiae feroore, &  
si aliquantis per expectas, quotus mihi tūc  
ætatis annus agereatur, facile recordabor.  
A. Non tam exactum calculum requiro,  
quin potius illud ediscere: Quando illius  
tibi primum mulieris species visa est? F.  
Id vtiique nunquam obliuiscar. A. Iunge  
igitur tempora. F. Profectō & illius oc-  
cursus & exprobratio mea vnum in tem-  
pus inciderunt. A. Habeo quod volebam.  
obstupisti credo, perstrinxitque oculos  
fulgor*

CONT. MUNDI. Dial. III. 113  
fulgor insolitus. Dicunt enim stuporem  
amoris esse principium, hinc est apud na-  
turæ conciūm Poëtam:

*Obstupuit primo aspeetu Sydonia Dydo.*  
Post quod sequitur:

*Ardescat amans Dydo.*

Quæ quamvis, vt nosti optime, fabulosæ  
narratio tota sit, ad naturæ tamē ordinem  
respexit ille dum fingeret. Sed cum obstu-  
puisses ad illius occursum: Cur ad leuam  
potissimum deflexisti, puto quia declivior  
videbatur & latior, dextera enim & ardua  
& angusta est, laborem igitur timuisti. At  
mulier ista celebris, quam tibi certissimā  
Ducem singis, ad Superos cur non hesitan-  
tem trepidumque direxit, & quod cæcis  
fieri solet, manu apprehensum non tenuit,  
quo & gradendum foret admonuit? F.  
Fecit hoc illa quantum potuit, quid enim  
aliud egit, cum nullis mota precibus, nul-  
lis yicta blanditiis muliebrem tenuit de-  
corem, & aduersus suam simul & meam  
æratem, aduersus multa & varia qua sœ-  
ctere adamantiū licet spiritū debuissent,  
inexpugnabilis & firma permanxit. Profes-  
to animus iste sœmineus, quid virum de-  
cuit admonebat, præstabatq; ne insectan-  
do pudicitia studio (vt verbis utar Sene-

H. i.

cæ) vel exemplum decesset vel conuitum,  
postremo cum lorifragum ac præcipitem  
videret, deserere maluit quām sequi. A.  
Turpe igitur aliquid interdum voluisti,  
quod suprà negaueras, at iste vulgatus a-  
mantium, vel ut dicam verius, amentium  
furor est, ut omnibus meritò dici possit:

*Volo nolo, nolo volo.*

Vobis ipsis quid velitis, aut nolitis igno-  
rum est. F. Incautus in laqueum offendì,  
si quid tamen olim aliter fortè voluissim,  
amor & talsque coegerunt, nunc quid velim  
& cupiam scio, firmauique iam tandem a-  
nimū labentem, contrà autem illa pro-  
positi tenax, & semper vna permāsit, quam  
constantiam femeineam, quò magis intel-  
lico, magis admiror: Idque sibi consilium  
fuisse, si vñquam dolui, gaudio nunc &  
gratias ago. A. Semel fallenti, non facilē  
tursus fides habenda est: tu prius mores  
arque habitū: Vitamque mutaueris, quām  
animū mutasse persuadeas, mitigatus for-  
tè, si tuus leniterque ignis extinctus non  
est: tu verò qui tantum dilectioni tribuis,  
non aduertis illam absoluendo, quantum  
te ipse coademes, illam fatexi liber, fuisse  
sanctissimam, dum, te insanum scelestum-  
que fateare, illam quoque fœlicissimam,

dura

CONT. M V N D I. Dial. III. 115

dum te eius amore miserrimum, hoc enim si recordaris, incœperam. F. Recordor e- quidem, atque id ita esse negare non va- leo, & quo me sensim deduxeris cerno. A. Ut cernas, apertius animum intende: nihil est quod æquè obliuionem Dei contem- prumue pariat, quām amor rerum tépo- ralium, iste præcipuè, quem proprio quo- dam nomine amorē, & (quod sacrilegium omne transcendent) Deum etiam vocant, vt scilicet humanis furoribus excusatio cœ- lestis accedat, sicutque diuino instinctu sce- lus immane licentius. Nec mirari conue- niat tantum posse, hunc effectum in pe- catoribus humanis, ad reliqua enim visa, rei species ac sperata fruendi delectatio, & propriè vos mētis impetus rapit. In amo- re autem, & huius simul & mutuus præte- rea succedit affectus, qua spe prorsus a- mota, amorem ipsum lentescere oportet. Sicut cum alibi ameris dūtaxat, hic etiam redamantium alternisque velut stimulis mortale pectus impellitur, vt non frustrā Cicero noster dixisse videatur, quod om- nibus ex animi passionibus, profectò nul- la est amore vehementior, valde equidem certus erat, ubi addidit prōfēctō, is qui iā libris quatuor Academiam vidit, de om-

H. ij.

116 FR. PETRARCH. DE  
nibus , dubitantem. F. Notaui s̄aepe  
illum locum , & miratus sum quod ita ve-  
hementissimam , hanc ex omnibus passio-  
nibus dixerit. A. Minime mirareris , nisi  
quia animū inuaicit obliuio : ceteri breui  
admonitione , in multorū malorū memo-  
riam reuocandus es : Cogita nunc ex quo  
mentem tuam pestis illa corripuit ; quam  
repente totus in gemitum versus es miser-  
iarum , & peruenisti , ut funesta cum volu-  
ptate , lachrymis & suspiriis pasceris , cum  
tibi noctes insomnes & per nox in ore di-  
lecta nomen , cum rerum omnia contemptus  
vitæq; odiū , & desideriū mor-  
tis tristis & amor sollicitudinis atque ho-  
minum fuga , ut de te non minus propriè  
quam de Bellerophonte illud Homericum  
dici posset :

*Qui miser in campis errabat Alcis.  
Ipse suū cor edens hominū vestigia vitans.  
Huic pallor & macies , & languescens ante  
tempus flos ætatis , tum graues æter-  
numque madentes Oculi , tum confusa  
mens & turbata quies in somnis , & dor-  
mientis flebiles querelæ , ac vox fragilis,  
luctu rauca , fractusque & interruptus ver-  
borum sonus . Et quiequid tumultuosius  
aut miserijs fingi potest : Hæc ne tibi vi-*  
denz

dentur signa sanitatis? quid, quod illa tibi  
 festos lugubresque dies inchoauit & clau-  
 sit? illa adueniente sol illuxit, illaque ab-  
 eunte nox rediit, illius mutata frons, tibi  
 animum mutauit & mœstus pro illius va-  
 rietate factus es. Denique totus ab illius  
 arbitrio pependisti: scis me vera & vulgo  
 etiam nota memorare, quid autem insar-  
 nius quam non contentū præsenti illius  
 vultus effigie, vnde hæc tibi cuncta pro-  
 uenerant, aliam si etiam, illustris artificis  
 ingenio quæsiuisse, quam tecum ubique  
 circunferens haberes, materiā semper im-  
 mortalium lachrymarum, veritus ne for-  
 tasse arescerent irritamenta earum? om-  
 nia vigilantissime cogitasti, negligenter  
 incuriosus in reliquis, at ut omnium de-  
 lirationum tuarum supremū culmen at-  
 tingam, & quod paulo antè comminatus  
 sum pergamus, quis dignè satis exerceatur  
 aut stupeat hanc alienata mentis insaniam,  
 cum nō minus nominis, quam ipsius cot-  
 poris splendore captus, quicquid illi con-  
 sonum fuit, incredibili vanitate coluisti?  
 quam ob causam tantopere, sive Cæsareā  
 sive Poëticā laureā, quod illa hoc nomine  
 vocaretur adamasti, ex eoque tempore si-  
 ne Lauri mentione, vix ullū tibi carmen

H. ii.

effluxit, non aliter, quā si vel Penei gurę  
gitis accola vel Gyrrhei verticis sacerdos  
existeres, denique quia Cæsaream sperare  
fas non erat, lauream Poëticam, quam stu-  
diorum tuorum tibi meritum promitte-  
bat, nihil modestius, quam dominā Lau-  
rum ipsam adamaueras & cupisti, ad quā  
adipiscendā, quanquā aliis ingenis subue-  
tus, quanto tamen cum labore peruen-  
teris, tecum ipse recogitans perhorresces,  
nec me latet, quin responsoni paratum &  
adhuc hiscere meditantem, video, quid ti-  
bi nunc in animo versetur, cogitas nem-  
pe te his studiis aliquantò prius etiā quā  
arderes deditum fuisse, Poëticumque il-  
lud tibi decūs, ab annis puerilibus animū  
excitatiss, quod ego quidem nec infiior  
nec ignoro, verum enim uero & multis re-  
trō seculis obsolefactus mos, atque hæc  
ætas studiis talibus aduersa, & longarum  
discrimina viarum quibus usque ad limen  
non carceris modo, sed mortis accessisse,  
aliisque non minus violenta fortunæ ob-  
stacula propositum retardassent, seu for-  
sitan irritassent, nisi prædulcis nominis  
memoria, iugiter animum interpellans,  
exteris curarum sarcinis excussis, per ter-  
gas & maria, inter tot difficultatum sco-  
pulos

CONT. MVNDI. Dial. III. 119

pulos, Romam te Neapolimquē traxif-  
sent, vbi tandem, quōd tanto ardore cu-  
piebas adeptus es: quæ omnia, si tui me-  
diocris furoris argumenta videantur, ipse  
ego non mediocriter furere certus ero:  
iam verò sciens illa prætereo, quæ ex Eu-  
nucho Terentij imitari non puduit Cice-  
ronem, vbi ait:

*In amore hec omnia insunt vitia: iniuria,  
Suspitiones, inimicitiae, inducie,  
Bellum, pax rursum,*  
Recognoscis in illius verbis insanias tuas,  
præcipuequé zelū, quem sicut inter pa-  
ssiones amor, sic in hac parte pestis primas  
partes obtinere nō ambigitur: sed occur-  
res forsitan & dices: Hoc ita esse non infi-  
cior, sed aderit ratio, cuius hæc vitia tem-  
peretur arbitrio. Iam ita te responsurum  
ille prouideat, vbi addidit:

*Incerta hæc si tu postules*

*Ratione certa facere, nihil plus agas*

*Quām si des operā, ut cū ratione insanias,*  
Hoc equidem dicto, quod absque dubita-  
tione verissimū sentis, omnibus (nisi fal-  
lor) euasionibus tuis obuiatum est, hæc at-  
que huiuscemodi sunt in amore miseriae,  
quarum accurata dinumeratio, nec exper-  
to necessaria, nec credibilis inexperto, il-

H. iiiij.

la tamen est omniū p̄cipua (vt ad pro-  
positum reuertar) quōd Dei suique pari-  
ter obliuionem patit: quomodo enim tor-  
malorum molibus incurvatus animus, ad  
illum vnum purissimūque veri boni  
fontem reptando perueniet? quæ cum ita  
sint, mirari iam desine, nullam vehemen-  
tiorem animi passionem Tullio vīsam es-  
se. F. Victus sum fateor, quoniam cun-  
cta quæ memoras, de medio experientiæ  
libro, mihi videris excerpisse: itaque li-  
bet, quoniam Terentiani Eunuchi men-  
tionem fecisti, ex eodem loco sumptam  
inseruisse querimoniam:

*ō indignum facinus*

*me miserum sentio*

*E: tēdet, & amore ardeo & prudens, sciens  
Viuus videntis que pereo, nec quid agam scio.  
Libet & eiusdem Poetæ verbis, à te consi-  
lium flagitare:*

*Proin' dum tēpus est etiam atq; etiā cogita  
Ego quoque Terentianis tibi responsum  
verbis dabo.*

*Quæ enim res in se neq; consiliū neq; modum,  
Habet ullum, eam consilio regere non potes  
F. Quid igitur faciam, desperabimus ne?  
A. Omnia prius tentanda sunt, quod au-  
tem nunc, probati consilij mihi sit, breui-*

*ter*

ter accipe. Nostri de hac re non tantum ab egregiis Philosophis singulares tractatus, sed ab illustribus etiam Poëtis, integros libros esse compositos, qui vbinam quærendi qualiterue sint intelligendi, tibi præfertim qui harum rerum magisteriu profliteris, ingerere iniuriosum fuerit, qualiter autem lecta intellectaque in salutem tuā vertenda sint, admonyisse, forsitan non erit alienum. Primum igitur, quod ait Cicero, non nulliveterem amore nouo amore, tanquam clavum clavo excutiendum putant, cui cōsilio, & magister amoris Naso consentit, regulam afferens generalem:

*Quod successore novo vincitur omnis amor: Et proculdubio sic est, disgregatus enim & in multa distractus animus, segnior feratur ad singula: sic Ganges (vt aūnt) à Rege Persarum innumerabilibus aliis distinguitus, atq; ex uno metuendoq; alamine, in multos spernendosque riuulos secatus est, sic sparsa acies penetrabilis hosti redditur, sic diffusum lētescit incēdium: deniq; omnis vis ut vñita crescit, sic dispersa minuitur. Valde siquidē metuendum est, ne dum exyna eāq; (si dici fas est) nobiliōri passione subtraheris, dilabaris in plurima, & ex amante mulierosus, vagus & instabilis fias;*

meo nēpe iudicio, si inevitabiliter pereundum sit, nobiliori morbo periisse solatiū est. Quid igitur consulā quāris? colligere animum & effugere, si possis, ac de carcere in carcerem migrare, non improbo, spes enim forsan in transitu libertatis fuerit, aut leuioris Imperij, eruptum verò vni iugo, collum per infinita sordidorum servitatem genera circumferre, non laudo. F. Paterisné medico perorante, ægrum morbi sui consciūm aliquid interloqui? A. Quidnī patiar? multi enim ægrotantis vocibus, quasi quibusdam indicis, ad inquisitionem opportuni remedij penetrarunt. F. Hoc igitur vnum scito, me aliud amare non posse, assueuit animus illam adamare, assueuerunt oculi illam intueri, & quicquid, non illa est inanimatum & tenebrosum dicunt: itaque si illam amare iubes, vt sic ab amore liberet, impossibilem mihi conditionem obiicis, actum est, perij. A. Sensus hæbet & appetitus obtorpuit, nihil ergo cum admittere valleas introrsum, exteriora tibi remedia exhibenda sunt, potēne igitur in animum inducere fugam exiliumque, & notorum locorum caruisse conspectu? F. Licet tecumq[ue]cunq[ue] vncis trahat, possum tamen.

A. Si

A. Si hoc potes sanus eris: Quid ergo a-  
liud dicam, nisi Virgilianum versiculum  
paucis immutatis:

*Heu fuge dilectas terras, fuge littus amatu?*  
 Quomodo enim vñquam his in locis tu-  
 tus esse poteris, vbi tñm multa vulnerum  
 tuorum extant vestigia, vbi & præsentium  
 conspectu, & præteriorum recordatione  
 fatigaris? ut igitur idem ait Cicero, loci  
 mutatione, tanquam ægroti iam conua-  
 lescentis curandus eris. F. Vide ora quid  
 præcipis,, quoties enim conualescendi  
 auidus, atque huius consilij non ignarus,  
 fugam retentau, & licet varias simulaue-  
 rim causas, vñus tamen hic semper pere-  
 grinationum rusticationumque mearum  
 omnium finis erat, libertas, quam sequens  
 per Occidentem & per Septentrionem  
 & vsque ad Oceanus terminos, longè laté-  
 que circumactus sum, quod quantum  
 mihi profuerit vides: itaque sèpè ani-  
 mum tetigit Virgiliana comparatio:

*Qualis coniecta cerua sagitta:*

*Quæm procul incantam nemora inter Cres-  
 fæ fixit.*

*Pastor agent telis, linquit volatile ferrum,  
 Nescius illa fuga sylvas saltusq; peragras  
 Dycteas, heret lateri lethalis arundo.*

Huic enim ceruo, non absimilis factus sum, fugi enim, sed malum meum ubique circumferens. A. Quod à me nunc postulas, ipse tibi respondisti. F. Quo patet? A. Quia malum suum circumferenti, locorum mutatio labore cumulat, non tribuit sanitatem: potest ergo tibi non impropriè dici, quod adolescenti qui peregrinatione nil sibi profuisse querebatur, respondit Socrates: Tecum enim inquit, peregrinabaris, tibi quidem in primis sequestranda vetus hæc curarum sarcina, & præparandus est animus, tum denique fugiendum? Hoc enim non corporibus modò, sed in animis quoque compertum est, quod nisi in paciente sit dispositio, virtus est agentis inefficax. Alioquin ad extremos Indorum fines penetrare quidem poteris, semper Flaccum vera locutum fateberis, ubi ait:

*Catum non animum mutant, qui trans mare currunt.*

F. Miro modo perplexus sum, tu enim cum mihi curandi sanandique animi documenta præbes, curandum prius sanandumque prædicas, ac deinde fugiendum, atqui de hoc ipso animus dubitat, qualiter sit curandus: si enim curatus est, quid  
vl  
co  
ad  
vt  
du  
Ca  
rū  
ua  
ta  
fi  
pr  
cr  
Et  
sic  
te  
qu  
co  
in  
se  
su  
de  
au  
pi  
u  
di  
hi

vltra

vltra quæritur? si autem incuratus, vbi locum  
corum mutatio? quod tu ipse astruis, non  
adiuuat, dic expressius, quibus remediis  
vtendum est? A. Non curandum sanandumque,  
sed præparandum dixi animum,  
Cæterū siue curatus erit, & poterit locorum  
mutatio perennem sanitatem conser-  
uare, siue nondum curatus, sed præparatus  
tamen, & ipsum eandem afferre potest: at  
hæc neutrū, quid nisi doloris irritamenta  
præstabit ista mutatio, & de loco in loca  
crebra iactatio. Nō desinā Flacco teste viii:

*Ratione inquit. & prudentia, curas*

*Non locus effusè latè maris arbiter aufert.*  
Et verè sic est: Ibis enim spe plenus & de-  
siderio reuertendi, omnes animi laqueos  
tecum trahens vbi cuaque fueris, quo cun-  
que te verteri reliquæ, vultum & verba  
contemplaberis. Et quod est amantium  
infame priuilegium, illam absentem ab-  
sens audies & videbis, & putas amorē his  
subterfugiis extinguerē? Mihi, crede, inar-  
desit vitrumque potius, hinc ab amoris  
auctōribus, inter multa præcipitur inter-  
ponendas amantibus, nonnunquam bre-  
uis abstinentiae morulas, ne vicissim fasti-  
dio fortè præsentia & assiduitate vilescaat.  
hoc igitur monco, hoc suadeo, hoc iubeo,

edocendo animū deponere quæ premunt  
atque ita sine spe redditus abeundū, tunc  
intelligis quid in sanandis animis possit  
absentia. Quod si locum corpori tuo gra-  
uem pestilentemque sortitus, perpetuis il-  
lic morbis inquietam vitam ageres; Non  
ne irrediturus effugeres? nisi forte (quod  
valde permetuo) quod maior est homini-  
bus corporis cura quam animi. F. De  
hoc quidem viderit humanum genus, de  
eo autem profecto nihil est dubij, qui si  
loci vitio in morbos incidisset, salubrio-  
ris eos loci mutatione depellerem, idem-  
que vel multo magis de animi morbis o-  
ptarem, sed hæc ut video, difficilior cura  
est. A. Hoc vtique falsum esse, magnoru-  
m Philosophorum, consentit auctori-  
tas, idque hinc liquet, quod morbi animi  
omnes curari possunt, nisi æger oblude-  
tur, corporei autem nulla arte curabiles  
multi sunt, cæterum (ne nimis abstrahar  
ab incepto) in sententia persisto, præpa-  
rando ut dixi animum instruendumque  
dilecta relinquere, nec in tergum verti,  
nec assueta respicere, ea demum amanti  
peregrinatio tutæ est, idque tibi (si saluam  
capis animam tuam) noris esse faciendū,  
F. Ut quæunque dixisti percepisse me  
sentias:

sentias: Imparato animo peregrinationes  
nil conferunt, paratum sanant, sanumque  
custodiunt. Hæc ne triplicis tui dogmatis  
summa est? A. Profectò non alia, & be-  
ne diffusius dicta perstringis. F. Atqui  
prima, duo sic esse, si nullus ostenderet ex  
me ipso perpenderem, tertium verò, quid  
sanato iam & in tutum producto animo  
absens, opus si non intelligo, nisi fortè re-  
cidivæ metus hæc suaferit ut dices. A. Id  
ne tibi modicum videtur, quod si in cor-  
poribus, quantò magis in animis formi-  
dandum est, multoque leuius periculoso-  
iusque reveritur, adeò ut vix quidem sec-  
undum naturam, salubrius à Seneca di-  
ctum sit, quam quod in epistola quadam  
ait: Siquis amorem exuere conatur, vita-  
da est omnis admonitio dilecti corporis;  
Et subiicit rationē: Nil enim facilius re-  
crudescit quam amor. O verissimum & ex-  
iātimis experientiæ penetrabilibus eru-  
tum, verbum: In qua re nullum ante  
te testem citauerim. F. Verum id esse fa-  
teor, at si aduertis, non de eo qui iā exuit,  
sed de eo qui exuere conatur, ista dicun-  
tur. A. De eo dixit, ubi proprius periculum  
est, in quoconque enim vulnera ante ci-  
catricem, atque in morbo quolibet an-  
zudiam.

te sanitati, formidabilior est omnis offenditio nec tamē, & si ante periculosis sit postea in tuto contemnitur. Et quoniam alius in animos penetrant exempla domestica, quoties tu ipse qui loqueris, in hac ipsa civitate, quæ malorum tuorum omnium, nō dicam causa, sed officina est, postquam tibi conualuisse videbaris, & magna ex parte conualueras, si fugisses per vicos notos incédens, ac sola locorum facie admonitus veterum vanitatū, ad nullius occursum stupuisti, suspirasti, substitisti, deinde vix lachrymas tenuisti. Et inox semilautius fugiens dixisti tecum: Agnosco in his locis adhuc latere, nescio quas antea qui hostis infidias, reliquæ mortis hic habitabant: Itaq; si me audis quanquam satis esles, à quo longissimè quidem abes, in his locis habitare drutius, nō foret consilium, neque enim cōuenit vinculis obsecsum, circa careeris fores aberrare, cuius Dominus in somni studio circuit, laqueos disponens illorum pedibus, præfertim quos effugisse conqueritur:

*Facili descendens Anerni.*

*Noctes atque dies patet atria ianua Ditis,  
Quæ si sanis etiam ut dixi, quanto accutius prouidenda sunt his, quos adhuc morbus*

CONT. MVNDI. Dial. III. 129

morbus non deseruit. Hos Seneca dum  
hoc diceret respexit, maiorēque periculo  
præbuit cōsilium: illos enim commemo-  
rare superuacuum erat, qui in mediis tor-  
rentur ardoribus, qui de salute non cogi-  
tant, proximum gradum attigit eorum,  
qui ardent adhuc, sed flamas exire medi-  
tatur, nocuit multis ad sanitatē redeuntiē  
bus, parcissimus haustus aquæ, qui ante æ-  
gritudinem profuisset, sèpè fatigatum le-  
uis motus impulit, qui viribus integrum  
non mouisset. Quam minima sunt inter-  
dum quæ animum emergentē in summas  
miserias re impellunt. Conspecta in alte-  
rius tergo purpura ambitionem renouat,  
visus nummorum acerius, auaritiam intē-  
grat, spectata corporis species, luxuriā in-  
cendit, levius oculorum flexus, amorē dor-  
mitantem excitat. Hæ nimirum pestes, fa-  
cile in animos propter nostram dementiā,  
ac post quā semel iter didicerunt, multò  
facilias ieuertuntur. Quæ cum ita sint, nō  
tantum locus pestiferus relinquendus, sed  
quicquid in præteritas curas animum re-  
torquet, summa tibi diligentia fugiendū  
est, ne fortiè cum Orpheo ab inferis rediens  
rétroque respiciens, recuperatā perdas sa-  
nitatem: hæc nostri consilii summa est. F.

L. j.

## 130 FR. PETRARCH. DE

'Amplector, & gratias ago, sentio enim lä-  
guori meo consentaneum esse remedium,  
fugamq; iam meditor, sed quo potissimū  
curlum dirigam incertus sum. A. Multæ  
tibi vndiq; patent viæ, multi portus in cir-  
citu, scio tibi in primis Italiam placere,  
& natalis soli insitam esse dulcedinem, nec  
immerito:

*Nam neque Medorū sylue ditissima terra.  
Nec pulcher Ganges atque auro turbidus  
Hermus.*

*Laudibus Italiae certent, nō Bætra neq; Indi.  
Toraq; thuricromis Pæchaia pinguis arenis.  
Quod quidem ab egregio Poëta, non mi-  
nus verè dictum quam disertè, nuper tu  
ad amicū scripto poëmate latius exten-  
disti. Italiam igitur suadeo, quod moribus  
incolarum, cœloque & circunfusi maris  
ambitu & intersecatis oras Apennini col-  
libus, & omnium locorū situ, nulla usquæ  
statio curis tuis opportunior futura sit, ad  
vnum verò eius angulum te arctare no-  
querim: I modò fœlix, quocumque te re-  
fert animus, i securus & propera, nec in  
tergum deflexeris, præteriorum obliui-  
scens in anteriora cōtende, nimis diu iam  
& à patria, & à te ipso exulasti, tempus est  
revertendi, aduersperascit enim & nox est*

*amica*

CONT. MUNDI. Dial. III.

131

amicā prædonibus, verbis tu s' te commo-  
neō. Restat vnum quod penē iam oblitus  
erām, tam diū cauendam tibi solitudinem  
scito, donec sentias morbi tui nullas su-  
peresse reliquias: ubi enim rusticationes  
nihil tibi profuisse memorasti, minimē  
mirari decuit. Quid remedij quoſo in rure  
solitario ac reſto reperire crederes? fa-  
tore ſaþe dū ſolus eſſes fugeres, ſpirans  
vrbēmque respectans, irriſi ex alto & dixi  
me cum: En, vt huic misero letheam amor  
intulit caliginem, & pueris omnibus no-  
tissimorum verſuum abſtulit memoria.  
Morbum fugiens currit ad mortem. F. Re-  
ctè tu quidem: ſed quorum verſuum men-  
tionem facis? A. Nafonis ſunt.

*Quisquis amas loca nocent, loca ſola cauet.*

*Quo fugis, in populo tutior eſſe potes.*

F. Recordor optimē ab infantia penē fa-  
miliariter mihi noti erant. A. Quid mul-  
ta noſſe profuit, ſed ea necessitatibus tuis  
accommodeare nesciuisti? ego quidem eò  
magis in ſectanda ſolitudine errorē tuum  
admiratus ſum, quod & auctoritates vete-  
rum aduersus id noueras, & nouas addide-  
as: nihil enim tibi prodeſſe ſolitudinem  
pe conqueſtus es, quod cū multis in lo-  
tum in eo preſertim poēmate, quod de-

4. ij.

1.  
ſa-  
cis,

32 FR. PETRARCH. DE  
statu tuo luculētissimē cecinisti, cuius ego  
dulcedine interim dū caneres delectabar,  
stupebāq; quid ita medias inter animi pro-  
cellas, ex ore insani, tām dulcisonū carmē  
erūperet, aut quis amor Musas cohiberet,  
ne à cōsueto domicilio tātis turbinib, of-  
fensæ, tātāq; hospitiis alienatione diffuge-  
rēt. Nam quod ait Plato: Frustra poēticās  
fores cōpos sui pepulit. Quodq; eius suc-  
cessor Aristoteles: Nullum magnū ingenium  
sine mixtura demētię alio spectaciones ad  
istas insanias referendum est. Sed de hoc a-  
liās. F. Ego ita esse fateor, sed me dulce  
aut tibi iure placitum aliquid cecinisse  
non putabam, nunc amare carmen illud  
Incipio: si quid autem alterius remedij ha-  
bes, oro ne subtrahas egenti. A. Omnia  
quā noris explicare, ostentantis se potius  
quām amico consulēntis est: neque enim  
tām multa remediorum genera, interius  
& exterius morbis inuēta sunt, vt in quoli-  
bet cuncta temperentur, quoniam ait Se-  
neca ad Luciliū: Nihil æquè sanitatē im-  
pedit, quām remediorum crebra mutatio,  
nec venit vulnus ad cicatricem, in quo di-  
versa medicamēta tentantur, sed vt altero  
ā infeliciter succedente, ad aliud recurritur:  
itaque quāvis multa & varia morbi huius  
medic

medicamenta sint, pauca tamen inseruisse  
**contentus** ero, eaque potissimum, quae tibi  
 magis ex omnibus profutura confido, non  
 ut aliquid noui te doceam, sed ut ex notis  
 & vulgatis omnibus quid mihi efficacius  
 videatur intelligas. Tria sunt (ut ait Cice-  
 ro) quae ab amore animū exterrent, satie-  
 tas, pudor, cogitatio: possent plura, possent  
 & pauciora numerari, sed ne à tanto au-  
 etore digrediar, tria esse fateamur. De pri-  
 mo superuacuum est loqui, quos iam impos-  
 sibile iudicabis tibi, ut res se habet, satie-  
 tam amoris ullam posse contingere: as-  
 si appetitus rationi crederet, & ex præteri-  
 tis futura pésaret, facile fatereris, quantū  
 liber dilectæ rei nō satietatem modo, sed  
 fastidium & nauseam posse surripere. Ve-  
 rum quia compertum habeo, me hoc tra-  
 mite frustrā niti, quod & si satietatem fo-  
 re possibilem, & ubi assit amorem necare  
 concedas, ab ardentissimo tamē desiderio  
 tuo, quam longissimè hanc abesse cōten-  
 des, ergoque ipse conscientiam. Supereft ut  
 de duobus reliquis attingam. Hoc mihi si-  
 cut arbitror non negabis, ingenii quod-  
 dam & ponderosum animum tibi tribuif-  
 se naturam. F. Nisi in propria causa fallor,  
 usque adeò id verū est, ut ſepe grauitate

Ierim, quod nec sexui satis conuenire, nec  
sæculo in quo sunt ut vides impudentium  
omnia, honores, spes, opesq; quibus & vir-  
tutes cedunt & fortuna. A. Non vides igi-  
ur quantum inter se ista discordant, amor  
& pudor? dum ille animum vrget, hic co-  
hibet, ille calcar incutit, hic frenum strin-  
git, ille nihil attendit, hic vniuersa circu-  
spicit. F. Video nimirum multo cum do-  
lore, distrahi tam diuersis affectibus. Ita e-  
nam alternis horis insultant, ut modò huc  
modò illuc turbini mētis agiter, quē toto  
sequar impetu nondum certus. A. Dic  
precor bona cum venia, vidistine te nuper  
in speculo? F. Quid hæc quæsto sibi vult  
quæstio? Et soleo quidem. A. Vtinam ne-  
que crebrius neque curiosius quam satis  
est: quæro autem ex te, Nōnne vultū tuum  
variari in dies vides singulos, & inter mi-  
eantes temporibus canos animaduertisti?  
F. Putabam te singulare aliquid velle di-  
cere, ista verò communia sunt omnibus  
qui nascuntur, adolescere, senescere, inte-  
rire: animaduerti in me quod in coetaneis  
meis ferè omnibus, nescio enim quo mo-  
do senescunt homines hodie citius quam  
solebant. A. Neque aliorum senectus iu-  
uentutem tibi, neque aliorum mors im-  
mor-

mortalitatem tribueret, cæteris igitur omis-  
sibus ad te redeo. Quid ergo, Mutauitne  
animum vlla ex parte corporis conspectu  
mutatio? F. Concussit viisque, sed non mu-  
tauit. A. Quid autem tuc tibi animi fuit,  
aut quid dixisti? F. Quid aliud putas,  
quam illud Domitiani Principis: Forti a-  
nimo fero comam in adolescentia senescentem.  
Tanto igitur exemplo pauculos canos  
meos ipse solatus sum, Cæsarique Re-  
gem adiunxi: Numa quidem Pompilius,  
qui secundum inter Romanos Reges dia-  
dema fortitus est, ab adolescentia canus  
dicitur fuisse. Nec Poëticum defuit exem-  
plum, siquidem Virgilius noster in Bucolicis,  
quaæ xxxii. ætatis anno scripsisse  
eum constat, sub persona pastoris, de se ip-  
so loquens ait:

*Candidior postquam, tödensi barba eadebat,*  
A. Ingens tibi exemplorum copia est, tan-  
ta utinam eorum quæ cogitationem mor-  
tis ingererent, hæc enim quæ canos appro-  
pinquantes testes, senectutis mortisq; pre-  
nuncios dissimulare docent exempla, non  
approbo. Quid enim aliud suadent quam  
lapsum ætatis negligere & supremi tem-  
poris obliuisci? cuius ut semper memine-  
ris, totus nostri colloquij finis est. Tu vero

I. iiii.

cum ad caniciem iubeo respicere, canoriū  
illustrium virorum turbam profers: quid  
ad rem, vtq; si immortales illos fuisse di-  
ceres, haberetis quorum exemplo caniciem  
non timeres: quod si tibi caluitiem obie-  
cissim, puto Iulium Cæsarem protulisses  
in medium. F. Non alium profectò, quid  
enim illustrius potuissem? est autem (nisi  
fallor) grande solatium, tam claris septum  
esse comitibus: itaq; fateor talium exem-  
plorum, velut quotidianæ suppellestilis  
vsum, non reiicio. Iuuat enim non modo  
in his commodis, que mihi vel natura tri-  
buit vel casus, sed in his etiam quæ tribue-  
re possent, habere aliquid in promptu, quo  
me soler, quod sequi non possum, nisi vel  
ratione viuaci, vel exemplo clarissimo. Si  
mihi igitur exprobras, quod aduersus  
fulminis fragorem timidior sim. Quia id  
negare nō possem (est enim haec mihi non  
vltima causa lauri diligendæ, quod arbo-  
rem hanc non fulminari traditur) respon-  
dissem Augustum Cæsarē, eodem morbo  
laborasse. Si cæcum dixisses, & id verum  
foret Appij cæci, & Homeri poëtarū Prin-  
cipis: si monoculum, Hannibalis Pœno-  
rum ducis, aut Philippi Macedonum Re-  
gis clypeo vſus essem; si surdastrū, Marci  
Cras-

Crassi : si caloris impatientem, Alexandri  
 Macedonis. Longū est per cuncta discur-  
 rere, sed ex his cætera colligis. A. Aperte  
 quidem neq; suppellex hic exemplorum  
 displicer, modò non segnitiem afferat, sed  
 metum memoremque diù discutiat, laudo  
 quicquid id est, propter quod nec aduen-  
 tatem metuas senectutem nec præsentem  
 oderis : quicquid verò non esse senectu-  
 tem huius lucis exitum sugerit, nec de  
 morte cogitandum summopere detestor,  
 atque execrör. Rursus præcipitatum a quo  
 animo tolerare caniciem, bonę indolis in-  
 dicium est, legitimæ autem senectuti mo-  
 rulas ne cestere, annos ætatis subducere, ca-  
 nos nimia celeritatis arguere, eosque vel  
 occultare vel vellere, dementia, quamvis  
 communis, tamen ingens est. Non videtis  
 à cæci, quanta velocitate voluuntur syde-  
 ra, quorum fuga breuissimæ vitæ tempus  
 deuorat atque consumit, & miramini se-  
 nectutem ad vos venire, quam dierū om-  
 nium rapidissimus cursus vehit. Duo sunt  
 quæ vos in has ineptias cogunt : Primum  
 quod angustissimam ætatem alij in quatuor,  
 alij in sex particulas, alij in plures etiam  
 distribuunt. Ita rem minimam, quia quā-  
 titate non licet, numero tentatis extende-

re, quid autem sectio ista confert? finge  
quaslibet partiunculas, omnes in ictu o-  
culi propè simul euanescunt:

*Nuper eras genitus, modò formosissimus in-  
fans,*

Iam iuuenis, iam vir, vide quāto verborum  
impetu, subtilissimus Poëta lapsum vitæ  
fugientis expressit: Nec quicquam igitur  
laxare nitimini, quod lex naturæ omnium  
parentis angustat: Secundum est, quod in-  
ter iocos & falsa gaudia senescitis, itaque  
sicut Troianos, quæ supremam noctem in-  
ter talia traduxerunt, latuit:

*Dum fatalis equus saltu super ardua venit.*

*Pergama, & armatum peditem grauis at-  
tulit alio.*

Sic vos senectutem, quæ secum armatam  
& indomitam mortem afferit, incustoditi  
corporis mœnia transcendētem, non sen-  
titis, nisi tuum demum, quando

*dimisi per funem hostes,*

*Inuadunt urbem, somno vinōque sepultam;*  
non minus enim vos

*& mole corporum & dulcedine rerum.  
temporalium sepulti estis, quam illos  
somno vinōque sepelivit Maro: Hinc Sa-  
tyricus non inaeleganter:*

*Festinat, ait, decurrere velox*

*Flo*

CONT. M V'NDI. Di. al. III. 139

Flosculus angustæ, miseræq; brev. ißima vite  
Portio dum bibimus, dum ferta, cinguentæ,

puellas

Poscimus, obrepit, non in tellec̄ta senect̄i.<sup>us.</sup>

Hanc tu igitur (vt ad prop ositum rede, vñ)  
obrepentem, & iam foribꝫ s insultante, &  
tentas excludere causarum non seruatis  
naturæ gradibus ante diem feti, inasse gra-  
tusque tibi esse quisquis non sen. ex occur-  
rit, qui te infantulum vidisse testeſ ur, p̄z-  
fertim si more communis sermonis, id he-  
xi haud nudius tertius sese vidisse con ten-  
dat: Nec aduertis idem, & decrepito cui libet dici posse: Quis enim non heri imme-  
verò, quis noꝫ hodie puer est? Nonagenar-  
rios pueros videmus passim de rebus vilif-  
simis altercantes, pueriliaque nunc etiam  
lectantes studia, Dies nempe fugiunt, cor-  
pus defluit, animus non mutatur, putrefac-  
cant licet omnia, ad maturitatem suam ille  
non peruenit. Verum est quod vulgo fe-  
runt, animum vnum corpora multa con-  
sumere, pueritiam quidem fugit, sed vt ait  
Seneca pueritas remanet, & tu mihi cre-  
de, non adeò vt tibi videris forsitan puer  
es, cum maior pars hominum, hanc quam  
tu nunc degis ætatem non attingit. Pu-  
deat ergo senem amatorem dici, pudeat

## 140 FR. PETRARCH. DE

esse tam diu vulgi fabulam, & si te nec ver  
tu gloriae decus allicit, nec deterret ignor  
minia, alieno tamen pudori vita mutatio  
succurrat, etenim famae consulendum  
propriè ni fallor, & si ob aliud nil, saltem  
ut amici liberentur ab infamia mentien  
di: Quod cum omnibus prouidendum sit,  
tibi aliquantò diligentius, cui tantus de te  
loquestum populus absoluendus est.

*Magnus enim labore est magna custodia fa  
mæ.*

Hoc si Scipioni tuo truculentissimum ho  
stem consulente facis, ut Aphricæ tua lib  
bris, patere nunc ex ore pīj patris, idem ri  
bi consilium prodesse, ineptias pueriles  
abiice, adolescentiae flamas extingue:  
noli semper cogitare quid fueris, quid sis  
aliquando circuspice, neu tibi frustra pro  
positum speculum arbitreris, memento,  
quid in questionibus naturalibus scriptū  
est. Ad hoc enim inuenta sunt specula, ut  
homo ipse se nosceret. Multi ex hoc con  
secuti sunt, primo quidem sui notitiam,  
deinde etiam consilium aliquod formosus,  
ut vitaret infamiam, deformis ut sciret vir  
tutibus esse redimēdum, quid corpori de  
cesset, iuuenis ut sciret tempus illud esse di  
scendi, & virilia aggrediendi: serex ut car  
pīg

bis indecora deponeret, & de morte aliquid cogitaret. F. Memini semper ex quo primum legi, memoratu enim digna res est, sanumque consilium. A. Quid vel legisse vel meminisse profuit? excusabilius erat ignorantiae clypeum posse praetendere, nonne enim pudet hec scienti, canos nil mutationis attulisse? F. Pudet, piget & pœnitit, sed ultra non valeo, scis autem quid hic mihi solatij est, quod illa mecum senescit? A. Inhaesit credo tibi vox Iuliæ, Cæsaris Augusti filia, quam cum genitor argueret, quod non grauis sibi conuersatio esset ut Liuiæ, illa patris monitis illusit facetissimo responso: Et hi mecum, inquit, senescunt. Sed quæso nunquid honestius iudicas, si iam senior anum illam ardeas, quam si adolescentulam amares? Immò verò eò fœdius, quod amandi minor est materia. Pudeat ergo, anima nūquam mutari, cum corpus mutetur assidue, & hoc est quod de pudore dicendum tempus obtrulerat, cæterum, quia ut Ciceroni placet, valde est absonum, cum in locum rationis pudor succedit ab ipso fonte remedium, id est ab ipsa ratione auxilium imploremus: Itaque intenta cogitatio præstabilit, quam ex tribus animum ab amore

deterrentibus ultima collocaui, nunc autem ad illam arcem te vocari noueris, in qua sola tutus esse potes, ab incurisibus passionum, & per quam homini nobilitatem, gita igitur in primis animi im differere, quæ tanta est, ut si de ea vellet sit. Cogita mihi liber integer retexendus corporum, fragilitatem simul ac fuditatem est. Cede qua non minus copiosa materia horum gita breuitatem vitae, de qua magis temporum hominum libri exstant. Cogita fugam are poris, quam nemo est qui verbis aequaliter possit. Cogita mortem certissimam, atque horam mortis ambiguam, omni tempore, omnibus locis impendentem. Cogita in uno falli homines, quod differri non potest. Nemo tam sui ipsius immemor est, quia interrogatus, se quandoque moriturum esse respondeat. Itaque ne te spes vitae longioris ludat, obsecro quæ innumerabiles circumuenit, quin potius velut ex cœlesti quoddam oraculo prolatum carmen amplectere:

*Omnē crede diem tibi diluxisse supremum. Quid enim aut supremius est, aut profecto supremo proximus, omnis qui mortalibus illuxit dies? ad hæc & illud cogita, quæ turpè sit dixi monstrari, & in vulgi*

CONT. MVNDI. Dial. III. 143

vulgi fabulam esse conuersum. Cogita quantum professio tua discordet à moribus : cogita quantum illa tibi nocuerit animo, corpori, fortunæ: cogita quā multa propter illam nulla utilitate perpeſſus es: cogita quoties illusus, quoties contempsus, quoties neglectus sis: cogita quo blanditias in ventum effuderis, quo lamenta, quo lachrymas: cogita illius, inter hæc altum sæpè ingratumque supercilium, & si quid humanius quam id breue aurāq; mobilius æſtua. Cogita quantum tu famæ illius addideris, quātum vitez tuæ illa subtraxerit, quantum tu de illius nomine sollicitus, quantum illa de statu tuo semper negligens fuerit. Cogita quātum per illam ab amore Dei elongatus, in quantas miseras corruisti, quas sciens fileo, ne arguat à quoquam, si quis forte aurē in hos sermones nostros intulerit. Cogita quātum multe occupationes te vndique circumstent, quibus vtilius & honestius incumberes. Cogita quātum multa inter manus tuas inexpleta sunt opera, quibus ius suum reddere multo æquius foret, nec tam iniquis portionibus, hoc breui punctum temporis partiri. Postremo quid est quod tam ardenter expetis,

verum hoc acriter virilitérque cogitandū  
est, ne fugiendo forsitan arctius illigeris,  
quod multis sēpe contingit, dum exterio-  
ris formæ dulcedo per angustas, nescio  
quas rimulas subit, & malis remediis ali-  
tur. Pauci enim sunt, ex quo semel virus  
illud illecebrosa voluptatis imbiberint,  
feminei corporis fæditatem, de qua lo-  
quor sat viriliter (ne dicam satis constan-  
ter) examinent, facile relabuntur animi,  
& virgente natura in eam potissimè par-  
tem recidunt, in qua diutissimè pepende-  
runt, id ne accidat, supremo studio proui-  
deadum est. Pelle omnem prateritarum  
memoriam curarum, omnem cogitatum,  
qui statum seu cursum transacti tempo-  
ris admonet, excute, & ut aiunt ad petram  
paruulos tuos allide, ne si creuerint ipsi te  
cœno subruant. Inter hæc cœlum deuotis  
orationibus pulsandum, aures regis æthe-  
rei piis precibus fatigandæ, nulla dies, nul-  
la nox sine lachrymosis obsecrationibus  
transfigenda est, si forte miseratus Omnipotens  
finem laboribus tantis impone-  
ret. Hæc agenda tibi cauendaque sunt,  
quæ diligentius obseruant, aderit diuinū  
auxilium, ut spero, & inuicti Liberatoris  
dextra succurret. Sed quoniam iam (& si

pro

pro necessitate tua pauca quidē , pro breuitate autem temporis satis multa de vno morbo dicta sunt: Ad alia transeamus. Restat ultimum malum, quod in te curare nunc aggrediar. F. Age pater mitissime: nam reliquis & si non plene liberatū, magna tamen ex parte me leuatum sentio. A. Gloriam hominum, & immortalitatē nominis, plus debito cupis. F. Fateor plānē, neque hunc appetitum ullis remediis frānare queo. A. At valde metuendū est, ne optata nimiū hic inanis mortalitas, verræ immortalitatis iter obstruxerit. F. Timeo quidē hoc vnu inter cetera, sed quibus artibus tutus sim, à te potissimū expecto, à quo maiorū mihi morborū remedia suppeditata sunt. A. Nullū profecto maiore tibi morbiū inesse noueris, & siquidē fortè fœdiōres sunt, verum quid esse gloriam reris quam tantopere expetis edisse? F. Nescio an definitionem exigas, at ea cui notior est quām tibi? A. Tibi vero nō men gloriae notum, res ipsa, vt ex actibus colligitur, esse videtur incognita: nunquā enim tam ardenter si nosslē, optares, certe siue illustrem & perugatā, vel in suos ciues vel in patriam, vel in omne genus omnium meritorum famam, quod vno in

K. j.

loco Marco Tullio visum est, siue frequē-  
tem de aliquo famam cum laude, quōd a-  
lio loco ait idem, utrobique gloriam fa-  
mam esse reperies, scis autem quid sit fa-  
ma? F. Non occurrit id quidem ad prae-  
sens, & ignota in mediū proferre metuo:  
ideoque quod esse veritus opinor, filiuſſe  
maluerim. A. Prudenter hoc vnum &  
modestē: nam in omni sermone, graui p̄r-  
fertim & ambiguo, non tam quid dicatur,  
quām quid non dicatur attendendum est.  
Neque enim par ex bene dictis laus, & ex  
maledictis reprehensio est: scito igitur fa-  
mam nil esse aliud, quām sermonem de  
aliquo vulgatum, ac sparsum per ora mul-  
torum. F. Laudo, seu definitionem, seu de-  
scriptionem dici mauis. A. Est igitur fla-  
tus quidam atque aura volubilis, & quod  
ægrius feras flatus est hominum plurimo-  
rum, scio cui loquor, nulli usque odiosio-  
res esse vulgi mores ac gesta perpendi.  
Vide nunc quanta iudiciorum peruersitas,  
quorum enim facta condemnas, eorū ser-  
motiunculis delectaris, atque utinam de-  
lectareris duntaxat, nec in eis tuæ fœlici-  
tatis apicem collocasses. Quo enim spe-  
ctat labor iste perpetuus, continuæque vi-  
giliaz, ac vehemens impetus studiorum?

respon-

CONT. MVNDI. Dial. III. 147  
respondebis forsitan: Ut vitæ tuæ profutu-  
ra condiscas. At verò iampridem vitæ si-  
mul & morti necessaria didicisti: Erat igitur  
potius quemadmodum in actum illa  
produceres, experiencingo tentandum, quām  
in laboriosa cognitione procedēdum, vbi  
noui semper recessus & inaccessus latebrae  
& inquisitionum nullus est terminus. Ad-  
de, quod in his quæ populo placerent, stu-  
diosius elaborasti, iis ipsis placere satagēs,  
quæ tibi præ omnibus displicebant, hinc  
poëmatū, illinc historiarū, denique omnes  
eloquentiæ flosculos carpens, quibus au-  
res audientiū demulceres. F. Parce quæ-  
so, hæc tacitus audire non possum: Nun-  
quam ex quo pueriam excessi, scientia-  
rum flosculis delectatus sum: multa enim  
aduersus literarum laceratores eleganter  
à Cicerone dicta notaui: Et à Seneca illud  
in primis: Viro captare flosculos turpe  
est, & notissimis se fulcire vocibus ac me-  
moria stare. A. Nec ego dum hæc dico,  
vel ignauiam tibi, vel memoriæ angustias  
obieci, sed quod ex his quæ legeras floridiora,  
in sodalium delicias referuasti, & ve-  
llet ex ingenti aceruo, in usus amicorum  
elegantiora cōsignasti, quod totum inanis  
gloriæ lenocinium est, & tādem quotidiae

K. ij.

## 148 FR. PETRARCH. DE

na occupatione non cōtentus (quæ magna  
 licet temporis impensa, non nisi præsentis  
 æui firmā promittebat) cogitationes tuas  
 in longinqua transmittens, famā inter po-  
 eteros concepisti, ideōq; manum ad maio-  
 ra iam porrigens, librum Historiarū à Re-  
 ge Romulo in Titum Cæsarem, opus im-  
 mensum, temporisque & laboris capaci-  
 sum aggressus es, eōq; nondum ad exi-  
 tum producto, tantis gloriae stimulis vr-  
 gebaris, ad Aphricā Poëtico quodam na-  
 uigio transmisisti, & nūc in præfatis Aphri-  
 cæ libros sic diligenter incumbis, vt alios  
 non relinquas, ita totam vitam his duabus  
 curis, vt intercurrentes alias innumeræ si-  
 leam, prodigus pretiosissimæ irreparabili-  
 sique rei tribuis, déque aliis scribens, tui  
 ipsius obliuisceris, & quid scis, an vtroque  
 opere inexpleto mors calamū fatigatum  
 è manibus rapiat, atq; ita dum immodecè  
 gloriam petēs, gemino calle festinas, neu-  
 tro peruenias ad optatum. F. Timui hoc  
 fateor, interdum graui enim morbo cor-  
 rectus, vicinam mortem expau. Nihil in  
 eo statu sentiens molestius, quām quod  
 Aphrica ipsam semi explicitā linquebam;  
 itaque alienam dedignatus limam, igni-  
 bus cam propriis manibus mādere decre-  
 geram,

ueram, nulli amicorū satis fidens, qui post  
omissum spiritū id mihi præstaret, prop-  
terea quod Virgilium nostrum, ab impe-  
ratore Cæsare Augusto hac in re sola non  
exauditum esse memineram, quid te mo-  
ror, parum absfuit, quin Aphrica præter vi-  
cini solis ardores, quibus æternū subiacet,  
ac præter Romanorū faces, quib. ter olim  
longè latēq; perusta est, meis etiam flam-  
mis arderet? sed de hoc aliās. Est enim ad  
mara recordatio. A. Adiuvas sententiam  
meam narratione hæc, dilata parumper so-  
lutionis dies, sed non cassa ratio est. Quid  
autem stultius, quam in rem exitus incer-  
ti, tantos labores effundere? scio tamen  
quid tibi (ne cœptū destituas) blanditur,  
spes vna peragendi, quam quoniam facile  
(nisi fallor) extenuare non possem, ver-  
bis eam amplificare tentabo, ut eam vel sic  
longè imparem tantis laboribus tuis ostē-  
dam. Finge igitur esse tibi & temporis &  
ocij & tranquillitatis abundē, euaneat  
omnis torpor ingenij omnis corporis lan-  
guor, cessent fortunæ impedimenta omnia,  
qua interrupto scribēdi impetu, sœpè pro-  
perantem calatum auerterūt, felicius ti-  
bi & suprà votum cuncta perueniat. Quid  
tamen grande facturum esse te iudicas? E.

K. iii.

## 150 FR. PETRACH. DE

Præclarum nempè rarumq; opus & egre-  
 gium. A. Nolo nimis obluctari, præclarū  
 opus concedatur. At quanto præclarioris  
 impedimentum si cognosceres, quod cupis  
 horreres: hoc enim dicere ausim, vel in pri-  
 mis animū tuum ab omnibus melioribus  
 euris abstrahit, adde quod hoc ipsum præ-  
 clarum, nec late patet, nec in lōgum por-  
 rigitur, locorumque ac temporum angu-  
 stis coarctatur. F. Intelligo istam veterem  
 & tritam iam inter Philosophos fabellam,  
 terram omnem puncti vnius exigui instar  
 esse, animū vnum infinitis annorū milli-  
 bus constare, famam verò hominum, nec  
 punctum implere, nec animum: cæterāq;  
 huius generis, quibus ab amore gloriae a-  
 nimos coarctantur. Sed quæso si quid ha-  
 beas validius profer, hec omnia relatu ma-  
 gis speciosa, quam efficacia sum expertus.  
 Neque enim Deus fieri cogito, quod vel  
 æternitatem habeam, vel cœlum terrasq;  
 complectar, humana mihi satis est gloria,  
 ad illam suspiro, & mortalis non nisi mor-  
 talia concupisco. A. O te si vera memoras  
 infelicem, si non cupis immortalia, si æ-  
 terna non respicias, totus es terrenus, actum  
 est de rebus tuis, spei nihil est reliquum. F.  
 Auertat Deus hanc insaniam, semper æter-  
 nitatis

CONT. MVNDI. Dial. III.

151

nitatis me amore cōflagrasse, testis est mihi curarum mearū mens conscientia. Sed hæc dixi, vel forsitan lapsus sum, hoc dicere volebam, mortalibus utar pro mortalib. nec immodico vastoque desiderio naturæ rerum vim afferre molior. Itaque gloriam humanam sic expeio, vt sciam & me & illam esse mortales. A. Ut hoc prudenter, sic illud insultissimè, quod propter auaram, inanem, iamque ut ipse afferis, perituram semper mansura destituis. F. Haud equidem destituo, sed fortassis differo. A. At quā periculosa dilatio est, in tāta dubij certitate temporis, tantaque vitæ fuga? Ad hoc velim mihi respondeas, si ab eo forte, qui solus vitæ mortisq; metā statuit, vnas duntaxat p̄fixus hodie foret annus integer viuendi, idque tibi sine illa dubitatio- ne cōstaret, qualis esse inciperes huius anni temporis dispensator. F. Evidem parsimoniæ ac diligentissimus, summōq; studio prouiderem, nē quid nisi seriis impen- deretur, vixque aliquem tam vesanum insolentemq; reor, qui non idem responsus sit. A. Responsum probo, sed stuporem quem mihi furor homini parit in hac re, non modò meus, sed nec omnium, qui unquam eloquentiæ studuerunt stiles expli-

K. iiii.

52 FR. PETRARCH. DE  
cet, omnium licet in hoc vnu ingenia la-  
boresque conueniant, c̄tra verò facundia  
fessa subsister. F. Quæ tantæ admirationis  
ratio est? A. Quia rerum certarum auaris-  
simi estis, incertarum prodigi, cuius con-  
trarium ni prorsus insaniretis esse debue-  
rat: profecto enim anni spatiū, & breuiſ-  
ſum sit, ab eo tamen, qui nec fallit, nec  
fallitur, promissum, & in partes distributū  
licentius spargi poterat, exremis pericu-  
lis ad salutis confilia reseruatis, illa omniū  
inexecrabilis & horrenda dementia, quod  
nescitis vtrunque supremis necessitatibus  
sufficietur sit, in ridiculas vanitates, ceu  
superabundet, effundere, qui annum habet  
ad videndum, certum quoddam habet ille,  
sed modicum, qui vero sub ambiguo mor-  
vis imperio est ( sub quo quidem omnes  
degitis mortales ) nec anni nec lucis, de-  
nique nec horæ integræ certus est. Annum  
victuro sex licet mensibus emensis, adhuc  
semestre superest spatiū, tibi verò si hic  
perditur dies, quis sp̄sor est crastini? Ver-  
ba sunt Ciceronis: Moriēdum esse certum  
est, & hoc ipsum incertum, an hæc eadem  
die, nec est aliquis adeò iuuenis, cui com-  
pertum sit, se vñq; ad vesperam esse vietū-  
rum: Quæro igitur ex te, quæro itidem

SM

CONT. MVNDI. Dial. III. 153

ex cunctis mortalibus, qui vētūris inhian-  
tes præsentia non curatis, quis scit:

*An adiiciant hodiernæ crastina vitæ.*  
Tempora Dij superi. F. Nullus profecto,  
vt pro me ipso & pro cunctis respōdeam,  
sed speramus annum saltem, quem nemo  
tam senex est, vt non supereſſe ſibi ſperet,  
quod Ciceroni placet. A. At vt eidem vi-  
detur, non modo ſenum, ſed adoleſcen-  
tium quoque ſpes ſtulta eſt, ſibi pro certis  
& incerta promittentium. Sed detur quod  
omnino impoſſibile eſt, & amplum ſimul  
& certam vitæ ſpatium contigiffe, quanta  
tibi videtur amentia, meliores annos at-  
que optimas ſui partes, vel in placendo  
oculis alienis, vel in auribus hominum  
demulcendis expendere? deterrimas autē  
atque ultimas penē, ad nil viles viuendi-  
que ſimul & finē & fastidiū allaturas, Deo  
tibique reſeruare, vt animaꝝ tuꝝ libertas  
extrema, omnium cura ſit, certo quamvis  
in tempore, nōnne tibi ordo transuersus  
videtur meliora poſtponere? F. Eſt autem  
aliqua propositi mei ratio. eam enim quā  
hic ſperare licet gloriā, hic quoq; manenti  
quærendam eſſe perſuadeo ipſe mihi, illa  
maiore in ecclō fruendū erit, quo qui per-  
uenerit, hāc terrena mē cogitare quidem

154 FR. PETRARCH. DE  
velit, Itaq; istum esse ordinē , vt mortaliū  
rerum inter mortales prima sit cura, tran-  
sitoriis aeterna succedāt, quod ex his ad il-  
la sit ordinatissimū progressus, inde autē  
regressus ad ista non pateat. A . Stultis-  
sime homuncio, sic igitur quicquid volu-  
ptatum cœlum habet, aut tellus & vtro-  
bique ad nutum fluentes, ac felicissimos  
tibi singis euētus. At mille hominū mil-  
le & totidem spes ista fecellit, innumerabiles  
animas orco demersit: dum enim al-  
terum pedem in terra tenere putant, alte-  
rum in cœlo, neque hic consistere, neque  
illuc ascendere potuerunt. Itaque misera-  
biliter lapsi sunt, subitōque illos, vel in i-  
psa ætatis flore, vel in medio rerum appa-  
ratu vegetabilis aura destituit, & hoc ti-  
bi quod tam multis contingit, contingere  
posse, non cogitas? Heu si fortè interim  
( quam Deus prohibeat) ruinam multa  
molliens patereris, quantus dolor quan-  
tusque pudor, & quam sera pœnitentia,  
quod in diuersa distractus, euanuisses in  
singulis. F. Misereatur altissimus, ne ista  
cōtingant. A. Misericordia diuina liberet,  
quāuis humanā tamē non excusas insaniā,  
nolo autem de misericordia nimiū speres:  
sicut enim desperātes odit Deus, sic in cō-  
sulte

CONT. MUNDI. Dial. III. 155

sulte sperantes irridet. Illud equidem ex ore tuo auditū esse doleo, Philosophorū in hac re veterē, ut aīs fabellā posse contēni, ea ne quæso fabula est, quæ Geometricis demonstrationibus terræ rotius designat angustias, ac Cretā quam longiusculā līet Insulam esse confirmat. An ea quæ asserit, ex omni terra quandōque distinēta, ita vocent zonis, maximam illam mediā. que solis ardoribus, duas autem dextera lœuaque importunis frigoribus, perpetuaque glacie oppressas habitaculum hominibus non præstare, duas reliquas inter medium & extremā incolī: an ea quæ bipartitæ huius habitabilis, alteram partem obiice magni maris inaccessibilem vobis sub pedibus vestris locat (quam verū homines teneant scis quanta dissensio inter doctissimos homines, olim sit, ego autem quid sentirem, absolui in libro de Ciuitate Dei, quos te legisse non dubito) alterā verò vel totam vobis linquit habitabilem, vel ut quibusdam placet in duas partes subdividens, vñā visib⁹ vestris attribuit, aliam septentrionalis ocean⁹ reflexibus circuncludit atque aditum intercidit. An ea quæ hanc ipsam vobis habitabilem quātulacunque sit, frēto paludibusque & de-

156 FR. PETRARCH. DE

sertis locis imminuit, penéque ad nihilum  
redigit, hoc telluris exiguum in quo tan-  
topere superbitis? An ea forte, in hoc ad  
extremū artatōque habitaculi vestri situ  
diuersos viuendi mores, aduersusque Re-  
ligionū ritus, dissenas linguis dissimilē-  
que habitus edocet, atq; hoc modo pro-  
pagandi latè nominis præripit facultatē.  
Sed hæc tibi fabulosa sunt, fabulosa quo-  
que sunt omnia, quæ de te mihi promise-  
ram, nulli enim fermè notiora hæc rebar  
esse quām tibi: Nempe ut omittam & Ci-  
ceronis & Maronis disciplinam, cætera-  
que Physica vel Poetica, quibus hac de re  
instruētissimus videbaris, sciebam te nu-  
per in Aphrica tua, hanc ipsam sententia  
præclaris versibus descripsisse, vbi dixisti:

*Angustis ariatis finibus Orbis  
Insula parua situ est: curvis quam flexibus  
ambit.*

Oceanus:

Aliaq; deinceps addidisti, quæ si falsa pu-  
tabas, miror ut ea per te tam̄ constanter  
asserta sunt. Quid nunc de famæ morta-  
lium breuitate, deque temporalibus an-  
gustiis loquar, cum scis, quorum vetustissi-  
ma memoria est æternitati collata, quam  
breuis quamque recens sit: Non ego te ad  
opinio-

CONT. MVNDI. Dial. III. 157

opiniones illas veterum reuoco , qui cre-  
bra terris incēdia diluuiāque denunciant,  
quibus & Platonicus Timæus , & Cicero-  
nianus, Reipub. Sextus Liber refertus est:  
ea enim quanquam multis probabilitia vi-  
deantur, veræ tamen Religioni, cui initia-  
tus es, aliena sunt profectō, ac præter hæc  
quām multa sunt, quæ diuturnitatem (ne  
dicam æternitatem) nominis impediunt.  
Mors in primis hominū illorum, quibus  
cum vita transacta est, obliuioque natura-  
le senectutis malum: Semper quoque suc-  
crescens nouarum laus hominum, qui flo-  
re suo nonnihil interdum veteribus titu-  
lis derogat, quantumque maiores deprimit,  
tantum ipsa sibi videtur assurgere:  
Huc accedit inuidia , quæ gloria morti-  
cientes absque intermissione persequitur,  
accedit odium veritatis, & inuisi plebibus  
ingeniosorum vita: adde iudiciorum vul-  
garium inconstantiam: adde ruinas sepul-  
chrorum ad quæ discutienda,

*Valentsterilis mala, robora fucus,*  
Ut luuinalis ait: quam non ineleganter in  
Aphrica tua secundam mortem vocas, at-  
que ut in eisdem te hic verbis alloquar,  
quibus tu illic alium loqui facis.

*Mox ruet, & bustum titulisque in marme-  
ge sectus.*

*Occider: hinc mortem patieris nate secundam,  
An præclara & immortalis gloria, quæ sa-  
xi vnius mutatur impulsu? adde librorum  
interitum, quibus vel propriis vel alienis  
manibus vestrum nomen insertum est, qui  
licet eo senior videatur, quo viuacior est  
librorum quam sepulchrorum memoria,  
tamen ineuitabilis casus est propter innu-  
merabiles pestes, naturæ fortunæ que pari-  
ter, quibus ut cætera, sic & libri subiacent,  
quæ si cuncta cessarent, semper suum sua-  
que illis mortalitas annexa est: Mortalia  
namque esse decet, quæcumque labor mor-  
talis inani edidit ingenio, ut tuis potissi-  
mum verbis, tuus tam puerilis error con-  
uincatur: Quid ergo adhuc ingerere tibi  
non desinam versiculos tuos?*

*Libris autem morientibus, ipse*

*Occumbens etiam sic mors, tibi tercia restat.  
Habes de Gloria iudicium meum, pluri-  
bus certe, quam me vel te decuit verbis  
explicitum, paucioribus vero, quam rei  
qualitas exigebat, nisi forte nunc etiam  
fabulosa tibi, haec omnia videntur. F. Mi-  
nimè quidem, neque mihi more fabula-  
rum affecerunt animum, quin immò veter-  
is abiiciendi nouum deluderium iniece-  
runt. Quāvis enim fermè omnia iam pri-  
dem*

CONT. MVNDI. Dial. III. 159

dem nota mihi forent , auditaque s̄apius:  
quoniam vt Terentius noster ait:

*Nullum est iam dictum , quod non sit di-  
ctum prius:*

Tamen & verborum dignitas,& narratio-  
nis series, & loquentis auctoritas multum  
valet. Cæterū de hac resententiam tuam  
vltimam audire velim , iubeasne vt omis-  
sis studiis meis omnibus , inglorius degā,  
an verò medium aliquod tibi sit cōsilium?  
A. Ut inglorius degas, nunquam consu-  
lam , at nc gloriæ studium virtuti præfe-  
ras,identidem admonebo:nostri enim glo-  
riam,velut ymbram quādam esse virtutis.  
Itaq; sicut apud vos impossibile est corpus  
ymbram sole seruente non reddere,sic sie-  
xi non potest , virtutem ybiliter radiante  
Deo gloriam non parere. Quisquis igitur  
veram gloriam tollit,virtutē ipsam suste-  
lerit necesse est , qua sublata relinquitur  
vita hominū nuda,& multis animalibus si-  
millima , vocantemque sequi præceps ap-  
petitū, qui vñus belluis amor est. Hæc igi-  
tur tibi seruanda lex erit , virtutem cole,  
gloriam neglige , illā tamen interea quod  
de M. Catone legitur,quò minus appetes,  
magis assequeris. Nōdum possim mihi tē-  
perare , Quò minus tecum tuis agā testi-  
moniis.

Illa vel iniurium fugias licet illa sequetur.  
Agnoscis ne versiculi tuus est, insanus pro-  
fecto videatur, qui die medio per Solis ar-  
dore, ut umbrā cerneret ostenderetq; aliis,  
cum labore discurret, atq; nihil sanior est  
qui inter astus vitae, multo cū labore cir-  
cūfertur, ut gloriā suā latē diffundat, quid  
ergo, eat ille vt terminū teneat, euntē cum  
umbrā prosequitur? astat iste, vt virtutem  
apprehendat, agentē gloria non deserit. Et  
hæc de ea, quæ veræ virtutis Comes est. Il-  
la verò, quæ captatur ex aliis, sive corpo-  
ris sive ingenij artibus, quas humana cu-  
riositas innumerabiles facit, nec gloriæ  
cognomine digna est. Itaq; tu, qui cōscri-  
bendis Libris ætate ista præsertim tantis te  
laboribus maceras (pace tua dixerim) pro-  
cul eras, oblitus enim tuarū, alienis rebus  
totum incumbis, ita sub inani spe gloriæ  
breuissimū hoc vitæ tēpus, te non sentien-  
te dilabitur. F. Quid faciā igitur, labores no-  
meos interrūptos deserā? an accelerare cō-  
sultius est, atq; illis (si Deus annuat) summā  
manū imponere, quibus curis exutus expe-  
ditior ad maiora proficiscar, tantū enim a-  
stū, sumptuosum opus, vix possim aequani-  
miter medio calle deserere. A. Quo pede  
claudices agnosco, te ipsum derelinquere

mauis

CONT. MVNDI. Dial. III. 161

mauis quam libellos tuos. Ego tamen officium meum per agam, quam feliciter tu videris ac certe fideliter: Abiice ingentes historiarum sarcinas, satis Romanæ res gestæ, & suapte fama & aliorum ingeniorum illustratæ sunt: dimitte Aphricam, eamque possessoribus suis linque, nec Scipioni tuo, nec tibi gloriam cumulabis, ille altius nequit extolli, tu post eum obliquo calle niteris: his igitur post habitis, te tandem tibi restitue, atque ut unde venimus reuertamur: incipe tecum de morte cogitare, cui sensim & nescius appropinquas, rescillis velis tentbrisque discussis, in illâ occurrat, quicquid vel oculis vel animo cogitantis occurrit, ad hoc unum refer: eccliam, terram, mariam mutantur, quid homo fragilissimum animal sperare potest? vi- cissitudo temporum, suos cursus recur- sysque peragit, nunquam permanens, si te posse permanere putas, falleris: at ut e- leganter ait Flaccus:

*Damna tamen celeres reparant caelestia.*

*Luna nos ubi deciamus,*

Quoties igitur floribus vernis æstiuam segetem, quoties æstivis salubris autumni temperié, quoties autumni viademis hy- beraam successisse niuem vides, dic tecum

L. j.

162 FR. PETRARCH. DE  
Ita, prætereunt sed sèpius reuersura: Ego  
autem irrediturus abeo: quoties vergere ad  
Occasum sole umbras montium crescere  
conspicis, dic nunc vita fugiente, umbra  
mortis extenditur, iste tamè sol cras idem  
aderit, hic autem mihi dies irreparabiliter  
effluxit, quis pulcherrima spectacula sere-  
næ noctis enumereret: (quæ sicut malè agé-  
ribus péropportuna, sic bene agentibus  
deuotissima pars temporis est) quamobrè  
nō securius quām magister Phrygicæ clas-  
sis, neque enim tutius fretum nauigas:

*Media nocte consurgens,*

*Sydera cuncta nota tacito labentia cælo.*

Quæ dum ad Occidentem festinare circu-  
lispicis, scitò te cum illis impelli, nullamq;  
nisi in eo quām non mouet, quique Occa-  
sum nescit, superesse fiduciam subsistendi.  
Ad hæc dum occurruerat, quos modo pue-  
xos vidisti, ascendentēs ætatum gradibus,  
recordare te interim alio calle descendere,  
et que celerius, quod secundum naturam,  
sic omnium grauium casus, vetusta cernē-  
ti incenia succurrat, in primis vbi sunt, quo  
rum illa cōgesserunt manus recentia tu-  
ci, vbi mox faturi sunt idem de arboribus,  
ex quarum ramis sèpe fructum non legat  
ipse qui coluit ac platanit. In multis enim  
obser-

obseruatum est illud Georgicum:

*Tarda venit seris, futura nepotibus umbra,  
Flumina velocissima miranti semper, ne  
te ad alienos euocem, versiculus quidam  
tuus in promptu sit.*

*Flumina nulla quidem cursu leniore flunt  
quam*

*Tempus abit vite.*

Nec te fallat dierum pluralitas, & ætatis operosa distinctio, tota hominum vita, quantumlibet intendatur, dici vnius instar habet, eiisque vix integri. Crebro ante oculos reuoca Aristotelicam quandam similitudinem, quam animaduersti admodum tibi placere, vixque vñquā sine graui mentis impulsu legi solere, vel audiri, quam clariori eloquio & ad persuadendū aptiori (in Tusculano quidem à Cicerone relatā inuenies) ait his verbis, aut profecto similibus. Neque enim libri nunc illius copia est: Apud Hypanim, inquit, fluvium, qui ab Europæ parte in pontum influit, bestias quasdam nasci scribit Aristotleles, quæ vnum diem vivant; quæ Orientē sole moritur, iuvenis moritur, quæ vero sub Meridie iam ætate proiectior, atque sole Occidente senex abit, eoque magis si solstitiali die. Conserf vniuersam

L. ij.

## 164 · FR. PETRARCH. DE

xtatem nostram, si eadem propemodum  
breuitate reperiantur. Hæc ille, quæ qui-  
dem assertio, meo iudicio tam vera est, ut  
ex ore Philosophorum iam pridem in  
vulgus effusa sit. Nunquid enim rudes etiam  
& ignaros homines, in quotidiani sermo-  
nis usum deduxisse vides, ut puerum aspi-  
cientes, dicant huic sol oritur, virum au-  
tem, hic meridiem attingit, hic nonam,  
senem verò decrepitum, ad vesperam at-  
que ad solis Occulum, iste peruenit. Hæc  
igitur filij charissime tecum volue, & si  
qua huius generis occurruerunt alia, quæ mul-  
ta esse non dubito, sed hæc erant, quæ ex  
tempore, sese obtulerunt. Vnum præterea  
obsecro, sepulchra veterum, sed eorum qui  
tecum vixerunt, diligentius contempla-  
re, certus eandem tibi sedem, ac perenem  
aulam fore præparatam. Tendimus hue  
omnes, hæc est domus ultima, tu quoque  
qui nunc xstate ultima florida superbis,  
alios calcas, mox ipse calcaheris: hæc co-  
gita, hæc diebus ac noctibus meditare, nō  
solum ut hominem sobrium, ac naturæ  
suæ memorem, sed ut Philosophum de-  
cer, atque ita teneas intelligi debere quod  
scribitur. Tota Philosophorum vita com-  
mentatio mortis est. ita, inquam, cogita-

tio

CONT. M V N D I. Dial. III. 185

tio decebit te mortalia facta contemnere,  
aliamq; viuendi viam quam arripias mon-  
strabit. Interrogabis autem, quænam hæc  
via est, seu quib; adeunda tramitibus? Re-  
spondebo tibi: Lōgis monitionibus te nō  
egere, audi modò vocantem iugiter, hor-  
tantemq; spiritum & dicentem: Hoc iter  
est in patriam. Scis quæ ille tibi suggerit,  
quas vias & quæ deuia, quid ad sequēdum  
vitandum uē pronunciet. Illi parere si fal-  
lum te vel liberum esse cupis, non longis  
deliberationibus opus est, factum exigit  
natura periculij, hostis instat à tergo, & in-  
faciem insultat, parietes tremunt, in qui-  
bus obseßsus es, non est ulterius hæsi-  
dum. Quid tibi prodest dulciter aliis ca-  
nere, si te ipse non audis? Finem faciam,  
effuge scopulos, eripe te in tutum, seque-  
re impetū animi, qui cum sit turpis ad re-  
liqua, ad honesta pulcherrimus est. F. Ut  
nā hæc mihi ab initio dixisse, priusquam  
his animum studiis addixisse. A. Dixi.  
quidem sœpè, & in ipsis primordiis ubi te  
calamū arripiuisse vidi, præfatus sum, quod  
vita breuis & incerta, quod longus & cer-  
tus labor, quod opus grande, quod fructus  
exiguus foret. Sed aures tuas obstruxerat  
populorum voces, quas odisse simul & se-

L. iii.

166 FR. PETRARCH. DE  
curū esse te stupeo. Cæterā quia satis mul-  
ta cōtulimus, quæso, si quid ex me gratum  
accepisti, ne patiaris situ desideriāq; marce-  
scere: si quid autē asperius, ne molestè fe-  
ras. F. Ego verò tibi cum pro aliis multis,  
eum pro hoc triduano colloquio magnas  
gratias ago, quoniā & calligantia lumina  
detersisti, & densam circumfusi erroris ne-  
bulam discussisti. Huic autem quas refero  
grates, quæ multiloquio non grauata, vel  
quæ nos ad exitum expectauit? quæ si vñ-  
quam faciē auertisset, operti tenebris, per  
deuia vagaremur, solidumq; nihil vel tua  
contineret oratio, vel intellectus meus ex-  
ciperet. Nunc verò, quoniam sedes vestra  
eccliam est, mihi autem terrena nōdum fi-  
nitur habitatio, quæ quorsum duratura sit  
nescio, & in hoc pendo anxius, ut vides,  
obsecro, ne me (licet magnis tractibus di-  
stantem) deseratis: sine te enim Pater opti-  
me, vita mea in amcena est, sine hac autem  
nulla foret. A. Impetratum puta, modo te  
ipsum non deseras; alioquin iure optimo  
desereris ab omnibus. F. Adero mihi ipse  
quantū potero, & sparsa animæ fragmēta  
re colligam, moraborq; mecum sedulò, sa-  
nè nunc licet dū loquimur, multa me ma-  
gnāque, quamuis adhuc mortalia negotia

ex-

CONT. MVNDI. Dial. III. 167  
expectant. A. Maius fortasse vulgo aliquid  
videtur, ac certe utilius nihil est, nihilque  
quod possit fructuosius cogitari. Reliquæ  
enim cogitationes possunt esse supuacæ,  
has autem semper necessarias, incutibilis  
probat exitus. F. Fateor, neq; alijs ob cau-  
sam proprio nunc tam studiosus ad reli-  
qua, nisi vt illis explicitis, ad hæc redeam,  
non igoarus (vt paulo antè dicebas) multo  
mihi futurū esse securius, studium hoc vni-  
sestari, & deuiis prætermisis, rectum cal-  
lem salutis apprehendere, sed desiderium  
frænare, non valeo. A. In antiquâ litem re-  
labimur, voluntatē importunitiam vocas, sed  
sic eat, quando aliter esse non potest. Sup-  
plexq; Deum oro, vt cunctem comitemur,  
gressusq; (licet vagos) in tutū iubeat per-  
uenire. F. O virtus id mihi contingat, quod  
precaris, & vt duce Deo integer, ex tot an-  
fractibus euadam, & dum vocantē sequor,  
non excitem ipse puluerē in oculos meos,  
subsidantq; fluitus animi, fleat Mūdus, &c  
fortuna non obstrepat.

FR. PETRARCHAE. V.G. PSAL-  
MI pœnitentiales VII.

Psalmus I.

H Eu mihi misero, quia iratū aduersum  
me cōstitui Redemptorē menū, & le-  
L. iiiij.

gem suam cōtumaciter neglexi. Iter rectū  
spōtē deserui. Et perinuia longē latēq; cir-  
cūactus sum. I Aspera quālibet & inaccessa  
penetraui, & vbiq; labor & angustiæ. Vnus  
aut alter ex gregibus brutorū, & inter lu-  
stra ferarū habitatio mea. In anxietatibus  
cum voluptate versatus sum, & in sēntibus  
cubile mēū straui. Et obdormiui in inte-  
ritu, & sperauī requiem in tormētis. Nunc  
igitur quid agam? quo me in tātis pericu-  
lis vertā? species adolescētiæ meæ corrue-  
runt omnes. Et factus sum naufragio simili-  
mus, qui mercibus amissis nudus enat,  
factus ventis & pelago. Elongatus ego  
sum à portu, & viam salutis non apprehē-  
do, sed rapior sinistrorum. Video tenuiter  
quidem, sed hinc mihi grauius duellū, quia  
irascor mīhi met & animæ meæ sum infe-  
stus. Irascor peccatis meis, sed ingenti mi-  
seriarū mole depresso sum, nec est respirā-  
di locus. Sæpè fugam retētauī. Et vetustū  
iugum excutere meditatus sum, sed inhæ-  
ret ossib. O si tandem xcidat à collo meo,  
excidet cōfestim si tu iussoris Altissime. O  
si mihi sic irascor in peccatis meis ut te di-  
ligam vel serō. Sed multū timeo, quia li-  
bertas mea manibus meis labefactata est.  
Vaste crucior, cōsensi, labore torqueor dig-  
nissi-

nissimo. Quid mihi procuraui demens, catenam meam ipse contexi, & incidivolens in insidias mortis. Retia mihi disposuit hostis, quacumq; ibam, & pedibus meis laqueos tetedit. Ego autem despaxi, & incelsi securus inter lubrica, & in peccatis mihi blanditus sum. Credidi iuuētutis decus nō aberrare, & secutus sum quo me tulit impetus. Et dixi mecum, quid ante medium de extremis cogitas, habet ætas quælibet fines suos. Videt ista Deus sed irridet, facilimus erit ad veniam, cōuerti poteris cum voles. Tunc cōsuetudo pessima suū vendicat mācipium, & iniicit manus frustra reluctati. Quo fugiam non habeo, nam & ego vindictus sum, & refugium meum longè est. Moriar in peccatis meis, nisi mihi auxiliū veniat ex alto. Non merui fateor, sed tu Domine miserere & extēde manū tuam per eunti. Et memor promissionū tuarum cripe me de fauicib. Inferni. Gloria patri, &c.

## Psalmus II.

**I**Nuocabo quæ offendi, nec timebo, reuocabo quæ abieci, nec erubescā. Spem perditam restituā, audebo rursum ex his tenebris in cœlū oculos attollere. Illic habitat Redēptor meus, qui potēs est ab Inferis eūellere. Ego in me perī, sed in illo vita mi-

hi permanet, & salus in æternū. Ille impe-  
 rat morti, ille vita præstat & restaurat, pro-  
 hibet sperare meliora? Auolēt qui me ter-  
 rificāt, peccatū grande meū nimis, sed mi-  
 seratio Domini immēsa est. Peccavi infœ-  
 līx malis peiora accumulans: & mihi met  
 hostis acerrimus. Verius enim vero, omnes  
 fôrdes meas, vna gutta vel tenuis sacri san-  
 guinis absterget. Attamē vnde mihi geni-  
 tus, frange faxū hoc Domine, & fontes pro-  
 rūpant ex adamâte durissimo. Fontes lym-  
 pidi scaturiāt, & descendant in volutabru,   
 vbi assiduè trux aper immergitur. Et de-  
 leatūr maculæ vetustæ, vt placere tibi pos-  
 sit habitaculum in me, dam displaceat. Fiat  
 mihi per nocte miseriarū mearū recorda-  
 tio, & per diem spes salutis appareat. Tem-  
 perem lœta cum tristib. sed miserationum  
 tuarum nunquā obliuiscar. Ex quātis me  
 malis erueris, & vt animā meam non dese-  
 rueris in periculis multis. Lugeā pœnitēs  
 de cōmissis, ad fœliciora suspirē de me ip-  
 so, meruā semp, de te nunquā desperē. Fiat  
 mihi thalamus meus purgatoriū meum, &  
 lectulus meus lachrymarū mearū cōscius.  
 Et in corpore meo doleā prius, quam præ-  
 ceps corruā in tartara. Miserere mei Do-  
 minc, misericere, & opus tuū ne destitutas, Li-  
 beray

berator meus, & spes vltima. Gloria, &c.

*Psalmus III.*

**M**iserere Domine dolorū meorū, satis-  
qué supérq; volutatus sum , & in cœ-  
no peccatorū meorū marci miser. Et quid  
restat amplius afflito: tēpus inutiliter ab-  
iit, vitā in cōsiliis expēdi. Mors ante ocul-  
os meos adest, & domus nouissima sepul-  
chrū, & stridor ac gemitus gehēnq;. Quādiu  
me deludit hodiernus dies sub expectatio-  
ne crastini, quādo incipiā ad te reuerti? Si-  
stet iā fluctus ac procellas animi , illumina  
cōsiliū cordis mei, & metā laborib; im-  
pone. Qui intellecū dederas, vt bene age-  
rē , tribue voluntatē, & in actum dirige, ne  
exprobratione tui muneris cōfundar. Eri-  
pe me à seruitio hostis tui, & ne insultet in  
opus manū tuarum prohibe, quoniā alter  
qui prohibeat nō est. Libera me de suppli-  
ciis eternis, sit mihi pars purgationis labor  
meus, quo hic per singulos dies exerceor.  
Reliquū mihi hac vita , & in his mēbris e-  
xige, priusquā veniat tēpus egestatis. Re-  
duc me in vias tuas, ante solis Occasum: ad  
uesperas cit enim, & nox est amica prædo-  
nibus. Coge ire si vocare parū est, deniq; vt  
libet, modò ne peream. Respice Domine,  
miserere, succurre, quoniā tu solus oēs mi-  
serias nosti. *Gloria, &c.*

## Psalms 111.

R Ecordari libet munerū tuorū Deus, ve  
rit mihi cōfusio ante oculos, & rubor  
in genis meis. Sic enim fortē misereberis,  
vbi non proslum videris, omniū quæ mihi  
tribuisti largitor optime. Tu mihi cœlū &  
stellas, quid enim horū indigebas, tu mihi  
vicissitudines temporū creasti. Tu solem &  
lunā, tu dies noctēsq; tu lucem ac tenebras  
discreuisti. Terram aquis inuoluisti, fecisti  
fontes & maria, valles ac planitiē, montes,  
lacus & flumina. Hæc intus variis seminib.  
fecūdasti, circūquaq; multiplici specie de-  
corasti. Herbis virentibus vestisti campos,  
distinxisti colles floribus & sylvas ramorū  
foliis. Fatigato requiem præparasti, restuā-  
ti umbras arborū, & ad ocū recessus amce-  
nissimos. Sitienti fontes lucidos, esurienti  
baccas omnis generis, & refectionis quam  
multiplicis alimēta. Quam multiformib.  
animantibus terras & pelagos implesti, &  
circūfulos træctus aëris, quis cuncta dinu-  
meret? Hæc omnia pedibus hominis subie-  
cisti, vsq; ad oblationes varias amasti ho-  
minē. Nec me minus idēo, quia cū multis,  
quin & singularia quædam præbuisti mihi.  
Tu corpus hominis præ cunctis creaturis  
adornasti, tu membra miris ordinibus collo-  
casti.

casti. Os illi imperiosum ac serenu, spiri-  
tumq; tui capacē, & cōtemplatorē cœlestiū  
statuisti. Addidisti artes innumerās, quibus  
vita hęc foret ornatiōr, æternęq; vitę spem  
dedisti. Ostēdisti viā qua gradientū foret,  
aperiūsti aditū in tabernacula tua, monu-  
sti quid cauendū atq; vnde declinādum sit.  
Deputasti comitē perpetuū ac ducē, gres-  
sus omnes ē specula cōtemplatus es, & er-  
rores meos obseruasti. Cadentē sustentasti,  
labētē firmasti, errantē direxisti, prostratū  
sustulisti, suscitasti mortuum. Miseratus es  
labores meos toties : vbi nō misericordia,  
sed odio dignus erā. Et quibus n̄ eis meri-  
tis tam digna, tam grandia gratis & indi-  
gnus hęc accepi? Pro his omnib. quid tibā  
retribuerim vides : veruntamen miserere  
iterum, & succurre, quia sine te morior,  
ingratitudinum mearum ne reminiscaris  
amplius, sed saluam fac animam, nil iam  
de propriis viribus sperantem. Gloria.

## Psalms V.

**N**ostres meæ in mœrore trāseunt, & ter-  
ores agitat in numeris, cōscientia cō-  
cutit insomnem, & malè mihi est. Somnus  
meus illusionib. variis turbatur, non mihi  
quietē afferens sed laborē, signum pestiferi  
euentus, prohibe Domine & occurrē, quo-

niam aduentatis mortis est indicium. Dies  
meos in amaritudinibus exegi, cōsuln pse-  
rūt me curæ immortales, & animæ mæz li-  
tigio exasperatus sum. Corporis mei sarcia-  
na defessus ac curuatus ingredior, & terrā  
inuitus aspicio. Intus & extra mihi ipsi sum  
molestus, vtrobiq; hostes domesticos inue-  
ni, qui me pessudēderūt. Persecutorib. alie-  
nigenis patuit ingressus, & murorū custo-  
dia deuicta est. Et ego somno grauis, atq;  
incautus, inter tenebras noctis oppressus  
sum. Nulla mihi spes salutis, nullum pre-  
sidium aliunde, sed in misericordia tua spe-  
rabo. Succurre, acceler, fer opem & misere-  
re mei. Gloria. *Psalmus VI.*

**C**ircunuallarūt me inimici mei, perur-  
gentes me cuspidē multiplici. Obtor-  
pui infelix & cōtremui, vhemēter horror  
mortis superst̄itit mihi. Non respexi ad  
Orientē, nec vnde debuerā auxiliū expecta-  
ui, nec sicut dignū fuerat sperauī. Propterea  
firmamētū cui innixus eram, me desti-  
tuit repētē, & ego pronus in terrā sum pro-  
stratus. Agnoui cadens quā debiliter stetis-  
sem, pr̄dones insultauerūt corruēti. Spo-  
liatū me deliciis multis quæsitis mihi delō-  
ginquo, tabe & cruore deformatuerunt me.  
Vulnerib. grauissimis cōfecerunt, semian-  
mē ate-

mē atq; nudū reliquerūt in deserto. Caput  
& pectus meū trāfixerunt, sed subter præ-  
cordia mea debacchati sunt acerbius. Illic  
vulnus situ putruit, illic vitæ meæ metuo,  
illic Domine manus tuas adhibe velociter.  
Vivis enim Saluator mi, & hęc aspiciens ex  
alto, tacuisti & passus es, quia ego prome-  
rui. Misereberis fortasse, nec patieris in fi-  
nem, quoniā tu solus potēs es præscribere  
leges morti. Ipse arceb̄is carnifices ab inte-  
ritu meo quoniā in te spes mea magna est,  
ipse saluū me facies de manibus impiorū.

Gloria. Psalmus VII.

**C**ogitabam stare dum corruī, Vx̄ mihi  
quia duriter nimis allisus sum. Quo  
& vnde redactus horresco, dum memini, &  
grauiter contremisco. Sperabam de virib.  
meis, & mihi quədam magna promiserā.  
Somnia mihi fingebar & gaudebar, nūc de-  
lūsus expurgiscor cum lachrymis. Seeurus  
in periculis fui, latus in ærumnis mediis,  
portū in tempestatib. putauī. Circumspexi  
per nebulas, secutus sum trāsueras & tor-  
tuosas viuēdi vias, & infelicitate mulcen-  
tes. Nostī quoniā tu semper mihi fueras fi-  
nis, sed ad te per meipsum venire credens  
retrocessi, per inextricabiles anfractus. Se-  
cū nūc infidias v̄biliter, piget erroris tam

## 176 FRAN. PETRARCH.


longæui, nec propterea subfisto ubi sit rea-  
 quies. Odio mihi sum, & agο cuncta cū fa-  
 stadio, vim patior & aliud nō licet. Nonum  
 propositū mos vetustus opprimit, & cum  
 placuerint relabor ad solita. Quoties iam  
 oscitās ad vomitū redij, & subinde stoma-  
 chās dixi: quousq; hoc & quis erit finis? Iu-  
 stum suppliciū animi insolentis scio, quid  
 me perdidit nihil eram, & supercilium erexit.  
 Agnosco nullam fiduciam homini, nisi in  
 Deo, & si parū video illucescat clarus. Au-  
 fer à me Domine præsumptionis spiritū, &  
 humilitatē tribue placentē tibi. Ne quan-  
 do extollar incōsultè, & mihi de me men-  
 tiar, sed perseverē in tremore tuo. Limus  
 & vmbra tenuis sum, & fumus ante impe-  
 rum vētorū, ita mihi videor videri. Ita mi-  
 hi videaris semper, & in hac opinione per-  
 maneā sobriè ac salubriter sub vmbra tua.  
 Quoties hinc pedem mouero cōcidam, &  
 ludibriū persecutoribus meis ero? Scio &  
 expertus metuo, operuit me iam similis  
 ruina. Et adhuc exurgere non valui, sed in-  
 enarrabilib⁹ vrgeor miseriis. Tamdiu fœ-  
 dus versor in sanguinibus, & in luto cōcu-  
 pisceūtariū mearū iaceo. Erue me Christe Ie-  
 su, & misericorditer susteāta, ne corrūa  
 sub extremis. Gloria, &c.

E N I S.









### Farbkarte #13

B.I.G.



# FRANCISCI PETRAR- CHAE V.C.

DE CONTEMPTV MVN  
DI, COLLOQUIORVM LIBER,  
quem Secretum si um inscripsit: De  
VII.Psalma. panisent.



B E R N A E,  
Excudebat Ioannes le Preux, Illustriss.  
D D. Bern.Typographus,  
M. DC. III.